3 1761 08122694 6

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/pt1libridelcancel01giga

138

43

MONUMENTI DI STORIA FIUMANA

455

II

LIBRI DEL CANCELLIERE

VOLUME PRIMO

CANCELLIERE ANTONIO DI FRANCESCO DE RENO.

PARTE PRIMA: MCCCCXXXVII—MCCCCXLIV

PUBBLICA PER CURA DELLA DEPUTAZIONE DI STORIA PATRIA

SILVINO GIGANTE

FIUME 1912.
EDITORE IL MUNICIPIO DI FIUME.

DB
879
F5G48
v.1
pt.1



Stabilimento tipo-litografico di Emidio Mohovich — Fiume.

Prefazione.

Tra gli obblighi del cancelliere della terra di Fiume era pur quello di tenere un libro nel quale egli ricopiava man mano tanto gli atti pubblici quanto le scritture private che venivano da lui rogate. Il più antico di tali libri a noi rimasto risale all'anno 1436. Esso, mancante delle prime 24 carte (nelle quali appunto dovevano trovarsi gli atti del detto anno, chè la carta 25.a incomincia col 2 maggio 1437), fu rinvenuto verso la fine del 1849 in una cantina dell'antico collegio gesuitico. È un grosso manoscritto cartaceo contenente un gran numero di svariatissimi atti pubblici e privati fino al gennaio del 1461, scritti in un fitto carattere gotico nitidissimo con le solite abbreviazioni allora in uso, ch'io per comodità del lettore ho risolte.

Il volume che oggi vede la luce contiene circa un terzo del manoscritto.

S. G.

Pro Micha de Castua contra Mateum chauretich.

Die secundo Mensis Madij in domo habitationis infrascripti Matei in terra Fluminis sci Viti praesentibus Judice Bartolo glauinich Judice Nicolao quondam Antonij Mateo Gastaldo omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis specialiter & rogatis ac alijs Ibique Mateus quondam grisani caureti de dicta terra Fluminis per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse & manualiter recepisse ac sibi integre datum solutum & numeratum fuisse a Micha quondam georgij schulçich de Castua libras quadraginta paruorum Et hoc pro quoddam terreno uendito a dicto Mateo praefato Miche pro libris XL.ta. Quod terrenum est positum in loco dicto schurigna in hos confines ab uno latere terrenum & lacus Ecclesie sce Marie de schurigna ab alio terrenum uácuum uel alios siqui forent plures uel ueriores confines Ad habendum tenendum possidendum & quicquid dicto Miche suisque heredibus & successoribus de dicto terreno deinceps placuerit proprio faciendum cum omnibus & singulis juribus habentijs & pertinentijs dicte rei vendite quoquomodo spectantibus & pertinentibus Promittensque dictus Mateus praedicto Miche eiusque heredibus litem quaestionem uel controuersiam aliquam ei uel suis heredibus de dicto terreno uel parte ipsius ullo tempore non inferre nec inferenti consentire Sed potius ipsum terrenum cum totis suis iuribus ab omni homine persona comuni collegio & uniuersitate legitime guarentare defendere & auctoriçare omnibus suis periculis & expensis sub pena dupli ualoris dicti terreni habita ratione melioratus & reficiendi atque restituendi omne damnum expensas ac interesse litis & extra Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus Mateus praefato Miche obligauit omnia sua bona mobilia & immobila praesentia & futura.

PROCURA ANTONIJ DE PENSAURO IN SER COLAM DE PENSAURO.

Die VII mensis Madij in publica platea terre Fluminis in statione infrascripti Martini praesentibus Ser Stefano blaxonich de dicta terra Fluminis Martino aurifice de segna Antonio de monteabodo ambobus mercatoribus in dicta terra Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Antonius Ser Santi paterno de pensauro omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Ser colam Antonij luce de pensauro praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti in terra Fluminis Segne Castue & ubique locorum omnem & singulam quantitatem pecunie res & quecunque alia tam cum cartis cirographis & Instrumentis quam sine & de per eum receptis finem dimissionem transactionem & pactum de ulterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque regimine & Judicibus tam ecclesiasticis quam saecularibus Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dilationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda quae in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum duxerit faciendum & necessaria ac utilia uidebuntur quae & quemadmodum ipse constituens facere posset si adesset Dans & concedens eidem procuratori suo in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum plenum arbitrium & generalem mandatum cum plena libera & generali administratione agendi & exercendi omnia & singula dicta Promittens eidem procuratori suo & mihi notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti & respondenti uice & nomine omnium quorum interest uel in futurum poterit interesse quicquid per dictum procuratorem actum & factum fuerit perpetuo habiturum firmum & ratum Insuper ipsum ab omni satisdationis onere releuare et ex nunc releuans promisit mihi notario ut supra de Iudicio sisti & Iudicatum sol-

uendo sibi ypoteca & obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum.

Procura Iudicis Nicolai in Vitum matronich

Die XI mensis madij In publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Damiano quondam Matei Ser Castelino de pensauro omnibus habitatoribus dicte terrae Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus quondam Ser Antonij de dicta terra Fluminis omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Vitum quondam Iudicis Iohannis matronich de dicta terra Fluminis praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum ab Ambrosio lustaler de lubiana & a luches de Cranburch & a quacunque alia persona sibi dare debenti ubicunque existat omnem & singulam quantitatem pecunie res & quaecunque alia tam cum cartis cirographis & Instrumentis quam sine & de per eum receptis finem transactionem dimissionem & pactum de ulterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram, quocunque regimine ac Iudicibus tam ecclesiasticis quam saecularibus Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dilationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia &c ad plenum uti in procura immediate praecedenti.

Pro Jelena Mlaisiça de Castua testamentum Jacobi schabaç

Die XXII° mensis Madij Castue in domo habitationis domini presbyteri doclegne plebani praesente dicto domino plebano Ibique Coram Çupano Iohanne Sormich Comparuit Ielena dicta Mlaisiça asserens & dicens qualiter Iacobus schabaç, iacens infirmus coram testibus fidedignis suum ultimum condiderat testamentum Idcirco supplicabat ipsi Çupano quatenus dictos testes examinare deberet Coram me notario infrascripto ut possim

eorum dicta seriatim notare qui Çupanus audita & intellecta dicta supplicatione & considerans ipsam fore iustam illico conuocare fecit infrascriptos testes videlicet Iudicem Georgium Suagliçam Iudicem xauidam quondam Miche Quirinum spinçich Georgium milçinich Georgium stepanovich Georgium tulinich & Iuanchum percapich omnes habitatores castue productos per dictam Ielenam in causa praedicta qui testes examinati per suprascriptum Çupanum dixerunt ac testifficati fuerunt unanimiter & concorditer nemine eorum in aliquo discrepante qualiter praedictus olim Iacobus schabaç iacens infirmus & timens periculum mortis suum in hunc modum condidit testamentum existens bone memorie & boni sensus Inprimis reliquit fraternitati Sci Iohannis euangeliste de Castua unam uegetem In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus & immobilibus iuribus & actionibus tam praesentibus quam futuris ielenam praedictam sibi heredem universalem instituit in cuius manibus animam & corpus suum recommisit.

[Pro] petro pertusano & Bartolo de la çichina[fi]nis

Die XXIII° mensis Madij In publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Ser Francisco matarelo de uenetijs Cola quondam Antonij de pensauro Enrico barbitonsore quondam Matei de sagrabia testibus ad haec vocatis specialiter & rogatis ac alijs Ibique Petrus filius Ser Antonij pertusani de venetijs & Bartolus quondam Matei de la çichina de pensauro per se suosque heredes & successores unus alteri adinuicem fecerunt finem dimissionem transactionem & pactum de ulterius non petendo de omni debito iure & actione & de omnibus & singulis ad que unus alteri adinuicem tenebatur seu teneri poterat actenus ex aliquo Instrumento uel scriptura siue ex aliqua alia ratione uel causa promittentes unus alteri adinuicem litem quaestionem uel controuersiam aliquam unus alteri ad inuicem uel suis heredibus non inferre nec inferrenti consentire Sed omnia & singula dicta firma rata & grata habere tenere & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena ducatorum quinquaginta auri Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pacta Inter presbyterum Antonium Visignich & stefanum xorich

Die XXVI.to mensis Madij In publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Vito sarctore quondam georgij Vito filio domini arcidiaconi Marco çersatich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus quondam Marci xorich de bichchia sponte libere & ex certa scientia dedit & locauit Marcum filium suum annorum quattuor uel circa presbytero Antonio Visignich de dicta terra Fluminis pro uno anno proxime futuro incipiendo a die presentis contractus his pactis & conditionibus quod dictus praesbyter Antonius dare debet praefato Marco uitum & uestitum honestum & ipsum bene & diligenter docere litteram sclabonicam & gubernare tamquam filium Et completo dicto anno praedictus Stefanus xorich dare debet praedicto Antonio presbytero libras sexdecim paruorum Et si praedictus Stefanus siue alius praedictum Marcum accipere uellet praefato presbytero Antonio ante praedictum terminum tunc ille uel illa qui dictum Marcum accipere uoluerit teneatur praefato presbytero Antonio dare dictas libras sexdecim Pro quibus omnibus et singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis unus alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Ciriaco de Ancona contra Simonem pilar

Die 29 mensis Madij In statione infrascripti Ser Castelini in terra Fluminis sci Viti praesentibus Ser Castelino de pensauro Nicolao repeglia de posega Antonio Nicolai de monteabodo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon pilar quondam Tomasij habitator dicte terre Fluminis per se suosque heredes & successores promisit & dare ac consignare in dicta terra Fluminis se obligauit sexcentas tabulas segadicias trium sortum uelut dederat petro pertusano & pro illo precio pro quo dedit praedicto petro Ser Ciriaco de Ancona praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti usque ad festum sce Malgarite sub pena quarti Pro parte solutionis quarum tabularum dictus Simon fuit contentus & confessus se habuisse & manualiter recepisse a praedicto ciriaco libras centum & sexdecim & sol-

dos duodecim paruorum Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis praefatus Simon obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura. *)

Pro Ser Castelino contra Ser Laurentium de Barcelona

Die 15 mensis Iunij In publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Ser Tonsa quondam Ser Nicole Georgio strachouich Simone pilar omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Laurentius..... sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Castelino quondam Iohannis de pensauro habitatori dicte terre Fluminis praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos sexaginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro ferro uendito dicto debitori a praefato creditore quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem petitionem ipsius creditoris sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Marco famulo filiorum quondam Ser Moysi contra dictos filios

Die XVI.to mensis Iunij In domo habitationis infrascripte debitricis in terra Fluminis sci Viti praesentibus Quirino filio Iudicis Marci glauinich Georgio filio Iudicis

*) Tutto il contratto è cancellato da due gran tratti di penna in croce, e sul margine sinistro è scritto: „1439 die 22 mensis Augusti Ego Antonius de reno cancellarius cancellaui & aboleui praesens Instrumentum eo quod Mateus frater praedicti Ciriaci fuit contentus & confessus sibi integre satisfactum fuisse de omnibus & singulis quae praefatus dare tenebatur olim ciriaco praesentibus Blasio quondam petri & Iacobo cigantich testibus ad hoc uocatis & rogatis ac alijs.“

stefani de dreuenico Matiasio de Iapre omnibus ciuibus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis specialiter & rogatis ac alijs Ibique domina Ilsa uxor olim Moysi de pago tanquam tutrix & gubernatrix filiorum suorum & dicti quondam Ser Moysi per se suosque heredes & successores sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota fuit contenta & confessa se iuste teneri & dare debere Marco quondam laurentij de dresinicha famulo suo praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti ducatos decem auri boni & iusti ponderis & soldos septuaginta paruorum Et hoc pro labore suo tempore quo stetit cum praedictis filijs dicti quondam Ser Moysi Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dicta debitrix praefato creditori usque ad festum sci Michaelis de mense septembris proximi futuri Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dicta debitrix praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Adam de Firmo contra Georgium Baloch

Die XX° mensis Iunij In statione infrascripti creditoris In terra Fluminis sci Viti praesentibus Ser Toma quondam Iacobi de Fano Martino terçich Vito filio domini arcidiaconi ambobus de dicta terra Fluminis testibus ad haec uocatis specialiter & rogatis ac alijs Ibique Georgius baloch de lubiana sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo mercatori in dicta terra Fluminis praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos octo boni auri & justi ponderis & soldos septuagintaseptem paruorum Et hoc pro Oleo uendito a praedicto creditore praefato debitori Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit praefatus debitor praedicto creditori usque ad festum sce Malgarite proxime future sub pena quarti qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus et singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplen-

dis praefatus debitor praedicto creditori obligauit omnia sua bona praesentia & futura. *)

Pro Elisabeth filia Ançi barlech donatio

Die uigessimo quinto mensis Iunij In ecclesia sci Augustini in terra Fluminis sci Viti praesentibus venerando viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis Iudice Iuacio quondam blasij & Curilo de laurana omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Stefanus roseuich per se suosque heredes & successores uolens se matrimonio copullare cum domina Elisabeth filia Ançi barlech nomine pure libere simplicis e irreuocabilis donationis quae fit & dicitur inter uiuos & quae nulla ingratitudine iniuria uel offensa magna uel parua commissa seu de cetero committenda possit reuocari dedit tradidit atque donauit praedicto Ançe barlech praesenti stipullanti & respondenti nomine ac vice praedicte domine Elisabet & eius heredum ac successorum medietatem unius uinee posite in scurigna iuxta dominam dragocham que medietas uocatur dolaç incipiendo ab ingressu dicte uinee & eundo recto tramite Item unum ortum positum prope fossas dicte terre Fluminis iuxta Paulum de tinino merçarium Item tradidit dicto Ançe nomine quo supra ad gaudendum & usufructandum quartam partem domus habitationis dicti donatoris donec praedicta Elisabeth honeste & uidualiter uixerit Et hanc donationem ualere uoluit dictus donator omni uia modo iure & forma quibus magis & melius ualere potest Promittensque dictus donator per se suosque heredes & successores praedicto Ançe stipullanti nomine quo supra litem quaestionem uel controuersiam aliquam praedicte domine Elisabet uel suis heredibus ullo tempore non inferre nec inferenti consentire sed potius praedictam donationem & omnia & singula suprascripta firma rata & grata

*) Anche questo contratto è cancellato, e sul margine destro porta scritto: „1439 die XI° mensis februarij Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens instrumentum debiti quia Adam creditor fuit contentus & confessus se integre solutum & satisfactum fuisse a dicto debitore praesentibus Martino çerch de locha & Blasio cerdone.“

habere tenere & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus donator obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Iudice Nicolao contra Ser Masium de barleta

Die XXVII mensis Iunij In statione infrascripti Ser Castelini In terra Fluminis sci Viti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Ser Tonsa quondam Ser Nicole Ser Castelino quondam Iohannis de pensauro omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis specialiter & rogatis ac alijs Ibique Ser Masius quondam Antonij ceparij de barleta sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota non ui non dolo neque metu cohactus per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij de dicta terra Fluminis praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos centum & quinquagintaquinque boni auri & justi ponderis & soldos trigintaocto paruorum Et hoc pro ferro & calibe uenditis dicto debitori a praefato creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per infrascriptos terminos. Videlicet ducatos centum usque ad festum sce Marie de mense Augusti proximi futuri Et residuum dicte quantitatis pecunie usque ad & per totum mensem Augusti proxime futuri sub pena quarti dicte quantitatis pecunie Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautelam praefati creditoris dictus debitor obligauit & pro speciali pignore designauit omnem & singulam ac totam quantitatem frumenti que est in manibus suprascripti Castelini & omnia alia & singula sua bona mobilia & immobilia Volens ac mandans dictus debitor suprascripto Ser Castelino quatenus omnes & singulos denarios qui extrahentur de frumento praedicto dare debeat praefato creditori usque ad integram solutionem suprascripti debiti & si dicto creditori non fuerit integre solutum & satisfactum in suprascriptis terminis quod tunc ipse credi-

tor possit & ualeat dictum frumentum poni facere ad publicum incantum secundum consuetudinem dicte terre Fluminis.

Pro Ser Castelino finis

Die VIII mensis Iulij In statione infrascripti Ser Ade In terra Fluminis sancti Viti praesentibus Simone Vāni de Esculo Ser Adam Antonij de Firmo Iacopono quondam bagnaroçi de sco Elpidio ad mare testibus ad haec uocatis specialiter & rogatis ac alijs Ibique Guarnerius Antonij de sco Elpidio ad mare tanquam procurator & procuratorio nomine Iohannis Vagnareli cole symonis de sco Elpidio ad mare habens ad infrascripta plenum mandatum uti constat publico Instrumento scripto manu Ser Petri Antonij Ser Massij de sco Elpidio ad mare anno domini MCCCCXXXVII Indictione quintadecima die XVII mensis Iunij a me notario infrascripto uisso & lecto per dictum Iohannem Vagnareli & eius heredes fecit Ser Castelino quondam Iohannis de pensauro habitatori dicte terre Fluminis praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti finem dimissionem refutationem transitionem & pactum de ulterius non petendo specialiter de debito ducatorum centum quinque boni auri quos ipse Ser Castelinus tenebatur praedicto Iohanni Vagnareli ut patet publico Instrumento scripto Manu praefati Petri Antonij notarij & generaliter de omnibus & singulis ad quae dictus Ser Castelinus praedicto Iohanni Vagnareli actenus tenebatur seu teneri poterat occasione alicuius Instrumenti uel scripture siue alia quacunque ratione uel causa Et hoc ideo quia praefatus Guarnerius nomine quo supra fuit contentus & confessus se habuisse & recepisse a dicto Ser Castelino dictos centum quinque ducatos & quia sibi integre solutum & satisfactum fuit de omni debito & de omnibus & singulis ad que dictus Ser Castelinus praedicto Johanni Vagnareli actenus tenebatur Renuncians dictus Ser Guarnerius nomine quo supra exceptioni sibi non date & non solute praedicte quantitatis pecunie & sibi non dati & non soluti totius eius ad quod dictus Ser Castelinus praedicto Iohanni Vagnareli actenus tenebatur Et uolens & mandans praedictum Instrumentum scriptum manu Ser petri Antonij Notarij publici & omne aliud instrumentum & scripturam ex quibus appareret dictum Ser Castelinum fuisse hactenus dicto Iohanni Vagna-

reli obligatum aliqua occasione ex nunc cassa & uana esse & habita ineficacia & cancelata necnon absoluens et liberans nomine quo supra dictum Ser Castelinum & eius heredes Et promittens nomine quo supra dicto Ser Castelino pro se suisque heredibus stipullanti litem quaestionem uel controuersiam aliquam ei uel suis heredibus occasione praedictorum nullo tempore inferre Sed omnia & singula suprascripta firma & rata habere tenere sub pena ducatorum quinquaginta auri qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Ser Castelino

Die XV mensis Iulij In terra Fluminis sci Viti in publica platea praesentibus Iudice Nicolao quondam Antonij Ser Tonsa quondam Ser Nicole ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis Iohanne cruiaz (o *criuaz?*) de cranburch testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius soch de locha per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac manualiter recepisse a Ser Castelino quondam Iohannis de pensauro habitatore dicte terre Fluminis pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti omnem & singulam quantitatem peccunie quam ipse Ser Castelinus dicto georgio tenebatur usque ad praesentem diem Saluo tamen ducatos XL.ta auri quos praefatus Ser Castelinus dare debet dicto georgio pro resto solutionis suarum rationum Non computatis tamen in hac ratione ducatis ducentis & sexaginta sex quos praedictus Ser Castelinus dare debet dicto georgio pro ferro habito nuper ab ipso georgio soch Promittens una pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta firma & rata habere & non contrafacere uel uenire per se uel nullum alium aliqua ratione uel ingenio de iure uel de facto. Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis una pars alteri adinuicem obligauit omnia &c *)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die XI° mensis Iulij Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti eo quod Iohannes Frai gener creditoris fuit confessus sibi integre solutum & satisfactum fuisse a dicto debitore praesentibus Iudice Mauro Vidonich & Iudice Nicolao micholich.“

Pro Iuri Soch de locha contra Ser Castelinum & eius uxorem

Die dicto ac testibus suprascriptis In domo habitationis infrascripti Ser Castelini creditoris Ibique Ser Castelinus quondam Iohannis de pensauro habitator dicte terre Fluminis & eius uxor dobriça ambo simul & quilibet eorum in solidum per se suosque heredes & sucessores non ui non dolo neque metu sed sua spontanea uoluntate omni & singula exceptione iuris uel facti remota fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Georgio soch de lubiana praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos ducentos et sexaginta sex boni auri & justi ponderis Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt dicti debitores & quilibet eorum in solidum praefato creditori usque ad festum natiuitatis domini nostri Jesu Christi proxime futurum sub pena quarti dicte quantitatis pecunie Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dicti creditores simul & in solidum obligarunt omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.*)

[Pro J]achlino de locha [contra] Judicem Maurum

Die XVI.to mensis Julij supra ponte porte superioris terre Fluminis sci Viti praesentibus Ser Teodoro quondam dominici georgio clarich Johanne loliza pilipario omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Judex Maurus Vidonich tanquam plegius & fideiussor iudicis damiani quondam Matei sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Jachlino carar de locha praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos quadra-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die XI° mensis Julij Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti eo quod Johannes Frai gener georgij creditoris tanquam procurator heredum dicti georgij fecit alias conuentiones cum dicto debitore praesentibus Judice Mauro Vidonich & Judice Nicolao micholich.... ad hoc uocatis & rogatis &....“

ginta quinque boni auri & iusti ponderis Et hoc pro ferro quod dictus Iudex Damianus habuit a praefato creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus Iudex Maurus praefato creditori usque ad festum sci Martini proximum futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter &c *)

Pro Nicolao quondam Georgij de Çoucha

Die XXIIII mensis Iulij In publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Ser Antonio pertusano Radoslauo pilipario ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis Ibique Adam Ser Antonij de Firmo mercator in dicta terra Fluminis promisit dare & soluere Nicolao quondam georgij de Çoucha marinario ducatos octo boni auri & iusti ponderis quandocunque dictus Nicolaus portabit literam scriptam manu Ser Antonij patris dicti ade aut Ser Tome patrui sui aut eius fratris Bartolomei quod receperit alter ipsorum ducatos octo a Ser Simone Vagni de Esculo nomine laurentij quondam Iohannis de clouca patroni dicti Nicolai quos ducatos octo dare & soluere tenetur dictus laurentius praefato Nicolao. **)

Pars capta quod nullus audeat emere uinum seu cum uinacijs seu non pro conducendo ad terram Fluminis extra confines

Die 29 mensis Iulij sub lobia comunis terre Fluminis sci Viti vbi ius redditur in pleno & generali consilio consiliariorum dicte terre Fluminis more solito congregato In quo interfuerunt infrascripti consiliarij videlicet Venerabilis vir dominus presbyter Mateus arcidiaconus & plebanus dicte terre

*) Cancellato, con in margine la nota: „1437 Indictione XV die XVII mensis decembris Ego Antonius cancellarius cancelaui praesens Instrumentum quia dictus Iachlinus praesentibus testibus Iudice Paulo quondam Ser Marci & Vito Matronich fuit confessus sibi integre solutum & satisfactum esse."

**) Cancellato c. s.: „1438 die 17 Iulij Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui hoc Instrumentum debiti eo quod ipse creditor fuit contentus & confessus sibi satisfactum fuisse integre A Ser Simone Vagni de Esculo praesentibus Iudice Mauro Vidonich & Ser Castelino de pensauro."

Fluminis Iudex Bartolus glauinich Iudex Nicolaus quondam Antonij tunc honorabiles Iudices dicte terre Fluminis Iudex Iohannes Misuli Iudex Iuacius quondam blasij Iudex Vidacius Suanich Iudex Stefanus roseuich Iudex Vitus quondam Matchi Iudex Cosma radolich Iudex Vitus quondam Stefani Ser Stefanus quondam blasij Ser Tonsa quondam Ser Nicole per suprascriptos dominos nemine discrepante capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet quod nulla persona cuiuscunque conditionis existat audeat uel praesumat conducere siue conduci facere ad dictam terram Fluminis Mustum siue uinum seu cum vinacijs seu sine uinacijs extra confines dicte terre Fluminis & illud introducere sub pena librarum quadraginta paruorum & perdendi uinum emptum secundum consuetudinem antiquam dicte terre Fluminis & habentes uineas extra confines debeant iurare singulo anno quando uinum intromittent.

Pars capta quod nulla persona dimittat porcum extra stuam

Die & loco ultrascriptis per suprascriptos dominos nemine discrepante capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet quod nulla persona cuiuscunque conditionis existat quae teneat aliquem porcum audeat uel praesumat dimittere extra domum siue curiam. Et quicunque interficere possit omnem & singulum porcum ubicunque inuenerit extra domum siue curiam eius qui dictum tenebit porcum sine aliqua pena Et qui interfecerit aliquem porcum existentem extra domum seu curiam ut supra habere debeat ipsum libere dando tamen Iudicibus partem consuetam.

Determinatio totius Consilij in fauorem ecclesie sce Marie

Die 3º mensis Augusti sub lobia comunis terre Fluminis ubi ius redditur per dominum Capitaneum Arcidiaconum Iudices & consilium determinatum fuit quod quilibet debitor ecclesie sce Marie de dicta terra Fluminis debeat soluisse omne id in quo tenetur dicte ecclesie usque ad festum sci Bartolomei proxime futurum sub pena quarti illius in quo tenetur.

Societas inter Ser Andream Vitorelo & Tomam remerium

Die X° mensis Augusti In statione infrascripti Ser Raphaelis in terra Fluminis sci Viti praesentibus presbytero Iacobo quondam Tomasoli Georgio sarctore quondam Stefani Nicolao repeglia pilipario omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Andreas Vitorelo de Murano & Magister Tomas remerius de bucharo habitator dicte terre Fluminis insimul fecerunt consortium & societatem his pactis & conditionibus quod dictus Magister Tomas praeparare debeat in littore maris mille remos schietos interciatos inter quos esse debent ducenti de Aere usque ad festum sci Michaelis de mense septembris proxime futuro & praefatus Ser Andreas concedere debet dicto Magistro Tome ducatos triginta ut possit suprascriptam quantitatem remorum praeparari facere quos XXX.ta ducatos Illico coram testibus suprascriptis & me notario numerauit ac dedit dicto Magistro Tome Et dictam quantitatem remorum ferre debet dictus Ser Andreas uenetias in suo navigio ad periculum utriusque & habere debet pro naulo ducatos duo cum dimidio pro centenario Et ex denarijs quibus uendentur dicti mille remi primo debeat praefatus Ser Andreas recipere solutionem pro naulo & suprascriptos XXX.ta ducatos & similiter ipse Magister Tomas recipere debeat quicquid soluerit pro dictis mille remis Et siquid lucri suprauenerit diuidi debeat paribus portionibus inter dictos Ser Andream & magistrum tomam Et si damnum fuerit quod absit eodem modo partiatur Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adiplendis pro dicto Magistro Toma ad preces ipsius plegij & fideiussores fuerunt Iudex paulus quondam Ser Marci & Ser Rafael de Fossambruno ambo habitatores dicte terre Fluminis.

Pro Laurentio Pilar contra Grisanum Labutich

Die XII° mensis Augusti In publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Blasio quondam Petri georgio mladonich Mateo quondam Iacobi de Creglino omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Grisanus labutich de dicta terra Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione

iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Laurentio quondam Michse de primo habitatori dicte terre Fluminis praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti libras uiginti octo paruorum Et hoc pro una vinea posita in districtu Fluminis nadreuagna Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori in terminum quatuor annorum soluendo singulo anno in festo sci Michaelis de mense septembris libras septem Que solutio incipi fieri debet in festo sci Michaelis de anno domini MCCCCXXXVIIIº & sic singulo anno in dicto festo usque ad integram solutionem dictarum XXVIIIº librarum Pro quibus omnibus & singulis &c dictus debitor obligauit &c

Pro consilio terre Fluminis contra Ser Castelinum

Die 19 mensis Augusti sub lobia comunis terre Fluminis sci Viti ubi ius redditur consilio more solito congregato in quo interfuerunt consiliarij quorum nomina inferius sunt notata seriatim In primis dominus presbyter Mateus arcidiaconus & plebanus Nobiles Viri Iudex Bartolus glauinich & Iudex Nicolaus quondam Antonij tunc temporis honorabiles Iudices dicte terre Fluminis Iudex Iohannes Misuli Iudex Ambrosius quondam Ser Marci Iudex Iuacius quondam Blasij Iudex Marcus glauinich Iudex Vitus suanich Iudex stefanus roseuich Iudex Vitus quondam Matchi Iudex Cosma radolich Iudex Maurus uidonich Iudex Paulus quondam Ser Marci Iudex Vitus barolich Ser Stefanus quondam blasij Ser Tonsa quondam Ser Nicole Ibique cum lecta fuisset litera Magnifici ac potentissimi domini domini Rumperti de Valse in qua rogabat dictos consiliarios quod recipere deberent in consilio suo Ser Castelinum de pensauro & ipsum habere in consiliarium omnes unanimes & concordes nemine eorum in aliquo discrepante deliberauerunt ipsum non recipere in consilio suo nec ipsum habere in consiliarium & sic omnes fuerunt contenti quod non recipiatur in consilio quia esset forensis.

Die 20 mensis Augusti in littore Maris praesente Nicolao scabich Iudex damianus dixit mihi quod scribere debe-

rem qualiter ipse erat eidem opinionis cum suprascriptis dominis quia tunc non affuit.

Pro Radoslauo pilipario in Iudicem paulum

Die 22º mensis Augusti In publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Ser Castelino de pensauro Teodora quondam dominici omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Radoslauus piliparius quondam Iohannis de Corbauia dedit & concessit Iudici Paulo quondam Ser Marci plenum arbitrium & omnimodam potestatem concordandi se nomine dicti Radoslaui cum creditoribus dicti Radoslaui uenetijs Promittens habere firmum & ratum omnem & singulum concordium quod a dicto Iudice paulo erit factum cum dicti Radoslaui creditoribus uenetijs.

Procura Antonij de pensauro in Vitum sarctorem

Die 23º mensis Augusti in uia que uadit Çersatum prope Fluuium praesentibus Toma remerio de bucharo georgio strachouich Stefano Marci callelli omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Antonius Ser Xanti paterno de pensauro omni uia modo iure & forma quibus magis &c fecit constituit creauit & ordinauit Vitum sarctorem habitatorem terre Fluminis sci Viti praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem in omnibus suis placitis litibus tam criminalibus quam ciuilibus quas habet uel habere posset cum quacunque persona comuni collegio e uniuersitate Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes & omnia alia iura sua producendum sententias audiendum & Appellandum Item ad iurandum in anima dicti costituentis de ueritate dicenda. Et generaliter &c dans &c Promittens &c

Procura praedicti Antonij in Stefanum callelum

Die & loco suprascriptis praesentibus Vito sarctore quondam georgij Georgio strachouich Toma remerio omnibus habitatoribus terre Fluminis sci Viti testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibi-

que Antonius Ser Xanti de pensauro omni uia modo iure & forma quibus magis &c fecit constituit creauit & ordinauit Stefanum Marci calleli de Ancona habitatorem dicte terre Fluminis praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim Ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti in dicta terra Fluminis omnem & singulam quantitatem pecunie res & quecunque alia tam cum cartis & Instrumentis quam sine & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de ulterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum & ad comparendum si opus fuerit coram quocunque regimine & Iudicibus tam ecclesiasticis quam saecularibus Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c dans &tc Promittens &c

Finis pro Paulo barbitonsore

Die dicto ante portam terre Fluminis sci Viti ad mare praesentibus Iudice Nicolao quondam Antonij Iudice Stefano roseuich Iudice Cosma radolich Iudice Mauro Vidonich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis specialiter & rogatis ac alijs Ibique Eufumia uxor Pauli habitatoris grobinichi per se suosque heredes & successores fuit contenta & confessa se iure proprio & in perpetuum dedisse uendidisse & tradidisse Paulo barbitonsori quondam georgij Vidotich eius fratri praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti partem suam omnium & singulorum suorum bonorum tam paternorum quam maternorum sibi quoquo modo pertinentium Et sibi integre solutum e satisfactum fuisse a dicto paulo faciens dicta Eufumia per se suosque heredes & successores praedicto paulo fratri suo praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti finem dimissionem refutationem transitionem & pactum de ulterius non petendo specialiter de omni iure actione & de omnibus & singulis ad que praedictus paulus dicte Eufumie actenus tenebatur seu teneri poterat nomine & occasione dicte uendi-

tionis siue alia quacunque ratione uel causa Promittensque dicta Eufumia per se & suos heredes praedicto paulo praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti litem quaestionem uel controuersiam aliquam ei uel suis heredibus praedictorum occasione ullo tempore non inferre nec inferenti consentire Sed omnia & singula suprascripta firma grata & rata habere tenere obseruare & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena dupli eius quod pateretur stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa.

PROCURA SER ROSO DE LEXENA IN GALEACIUM DE ABONA (SIC)

Die XXVI.to mensis Augusti In publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Ser Cola quondam Antonij de pensauro Paulo quondam demitrij de Iadra Christoforo lapicida de Pola testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Roso quondam georgij de lexena omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Galeacium quondam Grisani de Albona praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem specialiter ad exigendum & recuperandum a Floro manduçich de barbana omnem & singulam quantitatem pecunie quam dicto constituenti dare teneretur quomodocunque & de per eum receptis finem dimissionem & pactum de ulterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quibuscumque rectoribus iudicibus tam ecclesiasticis quam saecularibus Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda procuranda &c dans &c Promittens &c

CONUOCATIO & PROTESTUS VITI PLOUANICH CONTRA PRESBYTERUM MARCUM RADOLICH

Die XXVIIIo mensis Augusti in sacrastia sce Marie praesente presbytero Antonio Visignich retulerunt mihi presbyter Iacobus quondam Tomasoli &

presbyter georgius susich qualiter coram Venerabili viro domino presbytero Mateo Arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis Vitus dicti domini Arcidiaconi filius conuocauit presbyterum Marcum radolich absentem die 26 praesentis in publica platea ad respondendum sibi coram Reverendo in Christo patre domino episcopo polensi die XXVIIIo mensis instante Et hoc quia ut asseruit habere debet a dicto presbytero Marco aliquos denarios quos nullo modo habere potest nisi cum auxilio dicti domini episcopi Quapropter ipse Vitus omnibus modis & remedijs quibus magis & melius potuit protextatus fuit pro damno & interesse sui itineris libras decem paruorum pro expensis secutis & secuturis contra dictum presbyterum Marcum licet absentem.

Pro Vito domini arcidiaconi contra presbyterum Marcum

Die secundo mensis septembris In statione Ser Castelini praesentibus testibus presbytero Iacobo quondam tomasoli presbytero Gaspare filio Iudicis Ambrosij presbytero Iohanne quondam Antonij omnibus canonicis in dicta terra Fluminis Ibique presbyter Mateus lepanich retulit michi qualiter coram eo eadem die in mane in ecclesia sce Marie Comparuerat Vitus filius domini arcidiaconi petens a presbytero Marco radolich soldos L.ta & uienarios nouem Qui presbyter Marcus dicebat se non teneri dicto Vito nisi in soldis XL.ta & schopicijs octo et quod ipsi Vito credebat sacramento & tunc ipse Vitus respondit iures tu qui negas qui presbyter Marcus iurare noluit sed dicto Vito numerauit ac dedit soldos quinquaginta & uienarios nouem coram suprascriptis testibus.

Pro Martino aurifice contra Antonium de Monte Albodio

Die secundo mensis septembris In statione infrascripti Magistri Martini in terra Fluminis sci Viti praesentibus Ser Mateo quondam Ser donati Ser Antonio pertusano Ser Castelino de pensauro omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Antonius Nicolai de Montealbodio tanquam procurator & procuratorio nomine Petri Vital[is] olim de beluedere ciuis & habitatoris Ancone uti propioris & legiptimi successoris necnon

heredis siue donatarij causa mortis quondam Nicolai sui filij & Iohannis bettini de Ancona olim socij in trafico mercanciarum dicti quondam Nicolai & cuiuslibet ipsorum principaliter & in solidum habensque ad infrascripta plenum mandatum uti constat publico procuratoris Instrumento scripto manu Ser Tome Ciutij de Ancona publici ac legalis notarij 1436 Indictione XIIIIa die XI octobris a me notario infrascripto uisso & lecto fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a Magistro Martino quondam dominici de Segna habitatore dicte terre Fluminis ducatos triginta boni auri & libras centum paruorum nomine mutui Renuncians nomine quo supra exceptioni non habite non recepte & non numerate dicte quantitatis pecunie omnique alij suo iuri ac legum auxilio Et ad maiorem cautelam dicti creditoris praefatus debitor obligauit ac pro speciali pignere designauit nomine quo supra unam domum positam in dicta terra Fluminis quam praedicti constituentes nominibus quibus supra habent in pignere a presbytero Mateo plebano cregieni pro dicta quantitate peccunie.

Procura Antonij de Monte Albodio in Martinum aurificem

Vltrascriptis die loco ac testibus Antonius Nicolai de Monte Albodio tanquam procurator & procuratorio nomine Petri Vitalis olim de beluedere de Ancona ut propioris & legitimi succesoris necnon heredis siue donatarij causa mortis quondam Nicolai filij sui & Iohannis bettini de Ancona olim socij in trafico mercanciarum dicti Ser Nicolai & cuiuslibet ipsorum principaliter & in solidum ad infrascripta plenum mandatum uti constat publico procuratoris Instrumento scripto manu Ser Tome Ciutij de Ancona publici ac legalis notarij anno domini 1436. Indictione XIIIIa die XIo mensis octobris a me notario infrascripto uiso & lecto omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit sustituit suum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem Magistrum Martinum quondam dominici de Segna habitatorem dicte terre Fluminis specialiter ad exigendum & recuperandum a presbytero Mateo plebano cregieni ducatos triginta boni auri & iusti ponderis & libras centum paruorum & de per eum receptis finem dimissionem transitionem & pactum de ulterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs facien-

dum Et ad comparendum dicto nomine si opus fuerit coram quocunque regimine ac iudicibus tam ecclesiasticis quam saecularibus Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda que in praedictis & circa praedicta & qualibet praedictorum duxerit facienda & necessaria ac utilia uidebuntur que & quemadmodum ipse sustituens facere posset si adesset Dans &c Promittens &c

Locatio domus & terreni Ser Quirini suanich facta Magistro Iohanni de Iadra

Die quinto mensis septembris ante domum habitationis infrascripti Iudicis Cosme In terra Fluminis sci Viti praesentibus presbytero Antonio belanich Iudice Cosma radolich Magistro blasio cerdone omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Quirinus filius Iudicis uiti suanich per se suosque heredes & successores dedit locauit & affictauit ad pensionem Magistro Iohanni quondam Albertini de Iadra praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti unam donum solaratam positam In publica platea dicte terre Fluminis & unum terrenum positum in districtu Fluminis in loco dicto braida Hinc usque ad decem annos proxime futuros Incipiendo primo die nouembris proxime futuri Quod terrenum dictus Magister Iohannes impastinare debeat & teneatur circumcirca & unum fillum per medium in pergolis de terano secundum consuetudinem patrie fori Iulij usque ad dictum terminum decem annorum Promittensque firmiter dictus locator sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando dicto Magistro Iohanni pro se & suis heredibus stipullanti dictam locationem firmam & ratam habere & non contrafacere uel uenire Sed praedictas res locatas ipsi Magistro Iohanni & suis heredibus hinc ad dictum terminum legitime defendere auctoriçare & disbrigare & ex ipsis uel earum occasione aliquam non facere dationem obligationem uel contractum cuius praetextu ipsi conductori aliquod pràeiudicium uel damnum contin-

gere possit vult quominus ipse conductor dictas res hinc ad dictum terminum per se uel alium quem uoluerit uti ualeat & tenere Quapropter idem Magister Iohannes per se & suos heredes promisit solemni stipulatione dicto Ser Quirino stipullanti pro se & suis heredibus dare & soluere eidem nomine pensionis dictarum domus & terreni libras triginta quinque paruorum singulo anno Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis una pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Finis pro Nicolao Marolich de Castua

Die Octavo mensis septembris In littore maris ante portam terre Fluminis sci Viti Praesentibus Nobili Viro Bartolomeo filio Iudicis Iohannis Misuli capitanei Castue Iudice Fabiano quondam Xiuichi Nicolao quondam Martini Mateo papich Filipo Iusich omnibus habitatoribus Castue testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis vir Iudex Iohannes Misuli per se & suos heredes fecit Nicolao marolich de Castua praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti finem dimissionem refutationem transitionem & pactum de ulterius non petendo Praesertim de quadam fideiussione facta Stefano mortath de Castua de libris centum paruorum & de lucro singulo anno soluendo & de omnibus & singulis ad que ipse Nicolaus dicto Iudici Iohanni actenus tenebatur seu teneri poterat occasione dicte fideiussionis seu alia quacunque ratione uel causa Et hoc quia dictus Iudex Iohannes fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum esse de dicta fideiussione & de omnibus & singulis ad què dictus Nicolaus hactenus tenebatur occasione dicte fideiussionis siue alia quacunque ratione uel causa Renuncians omnino exceptioni sibi non dati uel non soluti tocius eius ad quod idem Nicolaus sibi actenus tenebatur Et uolens & mandans omne Instrumentum & scripturam ex quibus appareret dictum Nicolaum fuisse actenus dicto Iudici Iohanni aliqua occasione obligatum ex nunc cassa & uana esse & habita inefficacia & cancelata Necnon absoluens & liberans eum & eius heredes & bona per acceptilationem & Aquilianam stipullationem legitime interpositam Promittensque

per se & suos heredes dicto Nicolao pro se suisque heredibus stipullanti litem quaestionem uel controuersiam aliquam ei uel suis heredibus praedictorum occasione ullo tempore non inferre nec inferenti consentire Sed omnia & singula suprascripta firma & rata habere tenere & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto cum obligatione omnium suorum bonorum.

Pro Adam de Firmo et Martino çerch de locha

Die octauo mensis septembris In statione infrascripti Ade in terra Fluminis sci Viti praesentibus Mateo cersato Iohanne dicto Iagnaç Nicolao de Creglino omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus quondam georgij çerch de locha per se suosque heredes dare & consignare promisit in terra Fluminis usque ad XIIII diem mensis octobris proxime futuri Ser Ade de Firmo praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti Miliaria octo ferri boni & bolati de Auspergo scilicet tria miliaria in ratione ducatorum duodecim auri pro singulo miliari pro quibus habere debet denarios contatos & quinque miliaria in ratione ducatorum tresdecim pro singulo miliari pro quibus quinque miliaribus ferri recipere debet a dicto Adam oleum pro illo precio quo tunc uendetur ab alijs mercatoribus Inquorum testium suprascriptorum & mei notarii praesentia dictus Martinus recepit a dicto Adam ducatos decem boni auri & justi ponderis pro parte solutionis dictorum trium miliarium ferri pro quibus dictus Martinus habere debet denarios contatos. *)

Protestus fratris Antonij contra Vitum matronich

Die XIIII mensis septembris in publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Ser Mateo quondam Ser donati Iohanne lisicich omnibus ha-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die XI.o mensis februarij Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum de voluntate partium praesentibus Iudice Stefano rusouich et Blasio cerdone".

bitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Frater Antonius de pago ordini Sci Augustini Coram Nobili uiro Iudice Iohanne Misuli vicecapitaneo dicte terre Fluminis protestatus fuit contra Vitum matronich absentem sed tanquam praesentem de ducatis undecim auri pro quodam suo equo.

Pro Tomasino de Vegla contra plebanum Creglini

Die secundo mensis nouembris In terra Fluminis sci Viti In statione Ser Ade de Firmo praesentibus Domino Bartolo filio Iudicis Iohannis Misuli de dicta terra Fluminis Iudice Martino quondam Vicecomitis cotermani de Creglino Georgio filio Iudicis Stefani de dreuenicho testibus ad haec uocatis et rogatis ac alijs Ibique dominus presbyter Mateus Matronich plebanus cregienj per se suosque heredes & successores sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota fuit contentus & confessus se juste teneri & uere dare debere Ser Tomasino quondam Tome de Caldana de Vegla praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti & respondenti ducatos quadraginta octo boni auri & justi ponderis & libras trecentum & nouem & soldos decem paruorum nomine puri & meri mutui Renuncians exceptioni non habite non recepte & non numerate dicte quantitatis peccunie tempore praesentis contractus quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et pro dicto debito soluendo in dicto termino dictus debitor uoluit posse compelli ad petitionem praefati creditoris realiter & personaliter in dicta terra Fluminis Segne (Buchari) Cregieni Iadre Ancone Venetijs & ubique locorum Renuncians exnunc dictus debitor omnibus & singulis foris priuilegijs statutis consuetudinibus Saluisconductibus tam factis quam qui fient & omni alij & singulo iuri ac legum auxilio quod esset contra praesens Instrumentum debiti ita & taliter quod praedictus debitor non uult quod aliquod possit obici nec allegari a quopiam contra praesens Instrumentum debiti nisi manifesta & publica solutio apparuerit Insuper praedictus debitor ad maio-

rem cautellam praefati creditoris obligauit & pro pignore speciali designauit domum suam quam habet in dicta terra Fluminis & omnia sua animalia ubicunque existentia & si haec non sufficerent ad suprascriptum debitum satisfaciendum praedictus debitor praefato creditori obligauit omnia alia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pacta Inter Ser Antonium pertusano & Simonem pilar

Die secundo mensis nouembris in terra Fluminis sci Viti in statione infrascripti Ser Antonij praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Mateo de starigrado eius famulo Martino çābalich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Antonius pertusano de uenetijs & Simon pilar quondam Tomasij ad talem conuentionem & pactum peruenerunt Videlicet quod dictus Simon dare debeat & teneatur dicto Ser Antonio Incipiendo a festo Sci Martini proxime futurum usque ad aliud festum Sci Martini proxime futurum omnes & singulas tabulas segadicias quas seccabit cum sua secca pro precio librarum uiginti paruorum pro singulo centenario quarum tabularum Medietas debet esse longitudinis pedum octo & altera medietas nouem pedum & praedictus Ser Antonius dare & concedere teneatur dicto Simoni usque ad finem suprascripti termini libras centum paruorum quas libras centum dictus Simon coram suprascriptis testibus manualiter recepit a suprascripto Ser Antonio Promittens una pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta firma rata & grata habere tenere & obseruare. *)

Procura Ser Quirini in Vitum domini Arcidiaconi

Die quinto mensis nouembris in terra Fluminis sci Viti in statione infrascripti georgij praesentibus presbytero Gaspare filio judicis ambrosij Dominico carpentario georgio Crastich sarctore testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Quirinus capitaneus gardoseli omni uia modo

*) Cancellato, con in margine la nota: „Die XV mensis Ianuarij cancellatum fuit praesens Instrumentum de uoluntate ambarum partium 1441 praesente Ser Castellino Blasuta & michaele obachich testibus ad haec uocatis & rogatis."

iure & forma quibus Magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Vitum filium domini arcidiaconi absentem sed tamquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti in dicta terra Fluminis omnem & singulam quantitatem pecunie res & quecunque alia & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de ulterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocumque regimine & quibuscumque Iudicibus tam ecclesiasticis quam saecularibus Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c dans &c Promittens &c

Pro Adam de Firmo contra Christoforum Sodignidam

Die suprascripto in terra Fluminis sci Viti In statione infrascripti ade creditoris praesentibus Nobili viro Iudice Iohanne Misuli Blasio quondam petri Blasio pilar omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis specialiter & rogatis ac alijs Ibique Christoforus Sodignida de locha sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo mercatori in dicta terra Fluminis praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti ducatos centum & octo boni auri & justi ponderis & libras nouem & solidos quatuor paruorum videlicet ducatos nonaginta quatuor libras quatuor & soldos decem & septem pro decem & septem zabris medris tribus & libris septem olei in ratione ducatorum 54 pro Miliari olei & ducatos quatuordecim libras quatuor soldos septem pro panno & alijs rebus ab ipso creditore prius habitis Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis tot clauos bonos & sufficientes secundum pacta inter ipsos habita quot ascendant ad quantitatem suprascripti debiti Videlicet medietatem usque ad festum carnis priuij proxime

futuri & residuum usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis praedictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia et immobilia praesentia & futura.

Pro presbytero Georgio Susich

Die Quinto mensis nouembris In lobia terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Cosma radolich Vito sartore quondam georgij Stefano cernolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Quirinus filius Iudicis Viti suanich tamquam commissarius & commissario nomine Ielene sororis quondam presbyteri laurentij de Flumine per se suosque heredes & successores omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit cessit dedit & tradidit presbytero georgio Susich ibidem praesenti duas domos insimul coherentes cum orto iuxta dictas domos posito Que fuerunt praedicte quondam Ielene ad gaudendum & usufructandum in uita sua tantum hac conditione & pacto quod praedictus presbyter georgius teneatur missas celebrare & deum rogare pro anima dicte Ielene & dictos domos & ortum teneatur tenere in colmo & bene aptatas Et quod post mortem dicti presbyteri georgij dicte domus meliorate & non peiorate cum orto deuenire et redire debeant in manus commissariorum dicte Ielene & per ipsos dispensari & si casus accideret quod viuente praedicto presbytero georgio aliquis affinis praedicte quondam Ielene ad sacerdotalem perueniret ordinem quod dictus presbyter Georgius commissarius dicte Ielene restituere teneatur dictas domos cum orto melioratas & non peioratas Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sir firmiter obseruandis attendendis & adimplendis praedictus presbyter Georgius obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Protestus Agabiti contra Simonem de Laurana

Die secundo mensis decembris in lobia terre Fluminis sci Viti praesentibus testibus Vito matronich Satnicho dominici carpentario & alijs Ibique Coram venerabili viro do-

mino presbytero Mateo Iudicibus & consilio comparuit Agabitus asserens & dicens qualiter ipsi relatum fuerat quod domus Simonis claudi de laurana fuerat incantata pro collecta domini & deliberata quod matri eius uerteretur & fratribus suis ac sibi in magnum dannum & preiudicium cum habeant iurisdictionem in dicta domo Vnde dictus Agabitus nomine suo matris & fratrum suorum omnibus modis & remedijs quibus potuit protestatus fuit contra dictum Simonem absentem sed tanquam praesentem de libris ducentis paruorum pro dicta domo pro suis damno interesse & praeiudicio.

Pro domino Arcidiacono

Die sexto mensis decembris in sacrastia Sce Marie in terra Fluminis sci Viti praesentibus presbytero georgio susich presbytero Antonio Visignich Iudice Mauro Vidonich Iudice Paulo quondam Ser Marci Iudice Vito quondam Matchi Iudice Nicolao quondam Antonij testibus ad haec uocatis & rogatis Ibique venerabilis vir dominus presbyter Mateus Arcidiaconus & plebanus terre Fluminis praedicte interrogauit infrascriptos canonicos quatenus in verbo veritatis remotis omnibus veritati obstantibus dicere debeant verititatem super his super quibus interrogabuntur Et primo presbyterum Mateum lepanich presbiterum Iacobum quondam Tomasoli presbyterum Gasparem filium Iudicis Ambrosij & presbyterum Iohannem quondam Antonij Qui omnes presbyteri & canonici dicte terre Fluminis interrogati a praefato domino arcidiacono sigillatim quid ipsi canonici dederint eidem domino Arcidiacono & plebano singulo anno pro plebanatu unanimiter & concorditer nemine eorum in aliquo discrepante dixerunt quod quilibet eorum quando fuit camararius capituli dedit eidem domino plebano singulo anno unum modium uini & duos starolos frumenti & quatuor mixture & unum agnum in pasquate uti eorum semper fuit & est consuetudo

Pro Iudice Nicolao contra Lucianum

Die Xo mensis decembris In statione Ser Matei quondam Ser donati praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Iudice Damiano quondam Matei testibus ad haec uocatis & rogatis Ibique Lucianus de Schofalocha sponte libere

ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti ducatos quindecim boni auri & iusti ponderis Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quos quindecim ducatos dare e soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum carnis priuij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura

Pro Iudice Nicolao contra Iachlinum Arar

Vltrascriptis die loco ac testibus Iachlinus Arar de locha sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare bebere Iudici Nicolao quondam Antonij praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos triginta duos auri & soldos quadraginta unum paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum carnis priuij proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. Pro quibus omnibus & singulis &c

Pro Iudice Nicolao contra Achatium

Die XIII mensis decembris In statione infrascripti Iudicis Nicolai in publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Iudice Vito quondam Matchi testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Achacius de camenich per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse & recepisse a Iudice Nicolao quondam Antonij praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti Miliaria quatuor et zabros quatuor olei quod oleum dictus Achacius soluere debet dicto Iudici Nicolao pro tanto precio quanto eidem Iudici Nicolao

soluet Vitus spinglauaç de Lubiana qui Iudex Nicolaus fuit contentus & confessus se habuisse & recepisse a dicto Achacio tantam quantitatem ferri quantam ascendit ad Valorem ducatorum ducentorum quinque auri. Pro parte solutionis dicte quantitatis olei Et pro residuo dicti olei dictus Achacius dare debet dicto Iudici Nicolao ferrum bonum & bollatum in ratione tresdecim ducatorum pro Miliari ad omnem requixitionem dicti Creditoris Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus Achacius obligauit praefato creditori omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura. *)

Pro Iudice Nicolao & Achacio

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique Iudex Nicolaus quondam Antonij per se suosque heredes & successores & Ser Achacius de Camenich per se suosque heredes & successores tales insimul fecerunt conuentionem concordium & pactum videlicet quod dictus Achacius dare & consignare debeat dicto Iudici Nicolao in terra Fluminis predicta Miliaria triginta duo boni ferri in ratione XIII cim ducatorum auri pro singulo miliari Pro qua quantitate ferri dictus Iudex Nicolaus dare debet praedicto Achacio ducatos LXX.ta auri & oleum pro precio illo quo uendetur per Mercatores dicte terre Fluminis habentes maiorem quantitatem olei usque ad quatuor ebdomadas post festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum qui Achacius contentus & confessus fuit se recepisse a dicto Iudice Nicolao nomine huius conuentionis & concordij ducatos LXX.ta auri & Tria Miliaria & zabros quatuor olei cum dimidio Et praedictus Iudex Nicolaus fuit contentus & confessus se recepisse a dicto Achacio nomine huius conuentionis & concordij Miliaria XVI.cim & libras 646 ferri quod ferrum valet ducatos 216 auri Pro quibus omnibus & singulis sic firmiter obser-

*) Cancellato, con in margine la nota: „MCCCCXXXVIII Indictione prima die XX.o mensis Marcij praesens Instrumentum fui cassum & cancellatum per Me Antonium de reno cancellarium de uoluntate creditoris praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice paulo quondam Ser Marci testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs“

uandis & adimplendis una pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.*)

Pro Georgio strachouich contra dominicum de Medulino

Die 13 mensis decembris in lobia comunis terre Fluminis sci Viti praesentibus Antonio Fabrucio quondam Andree Nicolao quondam dominici Sgargaia ambobus ciuibus pole testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Dominicus quondam Petri Vglini de Medulino sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se juste teneri & dare debere Georgio Strachouich Calafato praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatum unum auri Et hoc pro aptatura unius Marciliane dicti dominici & Iohannis peçinini de Medulino quam praefatus georgius aptauit Quem ducatum dictus debitor dare & soluere promisit praedicto creditori usque ad festum Sci Viti proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Protestus Iudicis Viti zouanich contra Magistrum Iohannem de Iadra

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Mateo papich Mateo gastaldo Georgio strachouich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili Viro Iudice Paulo quondam Marci tunc temporis Iudice dicte terre Fluminis comparuit Iudex Vitus Çouanich asserens & dicens qualiter Magister Iohannes de Iadra olim salariatus dicte terre Fluminis rogauit eum quod comodaret sibi suum

*) Cancellato, con in margine la nota: „MCCCCXXXVIII Indictione prima die XX o mensis Marcij praesens Instrumentum fuit cassum & cancelatum per Me Antonium de reno cancellarium de uoluntate partium praesentibus Iudice Mauro Vidonich & Iudice Paulo quondam Ser Marci testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs“

equum per sex uel octo dies & sic eidem comodauit equum & jam est elapsus mensis & ultra quod ipse Iudex Vitus dicto Magistro Iohanni equum comodauit suum & nondum ipsum rehabuit quod sibi uertitur in magnum incomodum & damnum Ideo protestatur dictus Iudex Vitus contra dictum Magistrum Iohannem absentem sed tanquam praesentem pro singulo die usque ad praesentem diem de octo soldis pro dicto equo Et a modo in antea quia dictus Iudex Vitus Macinaret oliuos in suo pistrino cum dicto equo si ipsum haberet & non poterat propter defectum equi protestatus fuit contra praedictum Magistrum Iohannem de soldis quinquaginta paruorum pro singula die donec suum rehabebit equum.

Pro Martino quondam georgij de Elsach contra Matchum capelarium de Castua

Die XVII mensis decembris in stuba quondam Iurlini praesentibus testibus Iudice Iohanne Misuli Iudice ambrosio quondam Marci Iudice Iuacio quondam Blasij & alijs quam pluribus Ibique Coram Spectabili ac generoso Milite domino Iohanne Reichenburger honorabili Capitaneo Duini & Crase ac Vicedomino potentis ac Magnifici domini de Valse Sedente cum nobilibus & egregijs viris domino Iacobo de Raunacher Capitaneo dicte terre Fluminis domino Iohanne obeinburger Capitaneus prem domino Oldorico de Vngerspac Capitaneo gotnichi Matchus Pilearius de Castua per se suosque heredes & successores promisit & se obligauit dare & numerare Martino quondam georgij de Elsach praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti Marchas decem & septem cum dimidio usque ad unum annum proxime futurum quas decem & septem Marchas cum dimidio dictus Martinus dedit & numerauit praefato Matcho & Agneti eius filie pro quadam vinea posita sub Castua in loco dicto Vubolçach Quam vineam praedictus Martinus emit a praefatis Matcho & eius filia francham pro dictis XVII Marchis cum dimidio Hac condicione & pacto quod dictus Martinus praedictam uineam tenere laborare & usufructuare debeat quausque dictam quantitatem pecunie recipiet a praefatis Matcho & eius filia & cum praedictam quantitatem pecunie dictus Martinus receperit dicta vinea libera & expedita sit praefati Matchi Et si praefatus

Matchus dictas XVII Marchas cum dimidio non dederit & numeraverit dicto Martino usque ad supradictum terminum quod ex tunc prout ex nunc & exnunc prout ex tunc dicta vinea & etiam domus dicti Matchi quam habet castue sint & esse debeant dicti Martini & suorum heredum & de ipsis possit bonis disponere tanquam de rebus suis proprijs & ipsa bona pro anima & corpore judicare.

De Mandato suprascripti domini Iohannis sedentis ut supra.

Pro Iudice Nicolao contra Nicolaum de Cadoro & Iacobum vngarum

Die XIIII mensis decembris In statione infrascripti Iudicis Nicolai creditoris presentibus Iohanne dicto Iagnaç Magistro Ançe Sarctore de Alemania omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis Ibique Nicolaus quondam Iacobi de Cadoro & Nicolaus ungarus habitator Visigne gore ambo simul & In solidum sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste tenere & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos duodecim boni auri & justi ponderis Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quos quidem ducatos dicti debitores ambo simul & Insolidum dare e soluere promiserunt praefato creditori usque ad festum carNisprivij proxime futuri sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dicti debitores ambo simul & Insolidum praefato creditori obligarunt omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Iudice Vito quondam Matchi contra Ser Castelinum

Die XXo mensis decembris In terra Fluminis sci Viti Instatione Ser Antonij pertusano de Venetijs praesentibus dicto Ser Antonio Ser Stefano blasonich Ser Cola Antonij de pensauro omnibus ad praesens babitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad hec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Castelinus quondam Iohannis de pensauro habitator dicte terre Fluminis sponte libere ex certa

scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Vito quondam Matchi praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti ducatos triginta quinque boni auri & iusti ponderis Et hoc pro una muralea uendita dicto debitori a praefato creditore Quos quidem ducatos trigintaquinque auri dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad duos annos proxime futuros sub pena quarti Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singua suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Adam contra Franciscum Fabrum

Die XXI mensis decembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Ser Stefano quondam blasij ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Franciscus quondam Martini faber in dicta terra Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos uiginti duos cum dimidio boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam fideiussione siue plegiaria facta dicto Ser Ade pro Marco quondam petri radnovich de Çemerniça Quos quidem ducatos dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Protestus domini Archidiaconi contra presbyterum Marcum

Die XXII mensis decembris In lobia terre Fluminis Sci Viti praesentibus testibus presbytero Mateo lepani presbytero Iacobo quondam Tomaso pre-

sbytero Gaspare Iudicis ambrosij omnibus canonicis dicte terre Fluminis Ibique Coram Spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher honorabili Capitaneo Iudicibus & consílio terre Fluminis praedicte Comparuit Venerabilis Vir dominus presbyter Mateus Arcidiaconus dicte terre Fluminis asserens qualiter presbyter Marcus radolich iniuriaverat eum dicens quod faciebat iniusticiam sibi & alijs pauperibus presbyteris et etiam domino tanquam is qui est infidelis domino & alia uti plene constat in querela dicti domini arcidiaconi scripta manu mei notarij infrascripti. Vnde erat accessurus ad dominum Quapropter protestatus fuit omnibus illis remedijs iuris quibus magis & melius potuit contra dictum presbyterum Marcum ibidem praesentem de ducatis mille auri pro hac iniuria sibi data & pro expensis factis & que fient in hac causa.

In Christi nomine amen anno domini 1438 Indictione prima

Pars capta quod tabernarij soluant datium mensure vini

Die XXXo mensis decembris In terra Fluminis sci Viti In stuba uxoris quondam Iurlini per dominum Capineum Arcidiaconum Iudices & consilium dicte terre Fluminis capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet quod quilibet tabernarius qui non soluerit datium mensure comuni eo die quo mensurabuntur vassa vini quod vendidit cadat ad penam dupli eius quod soluere tenetur pro dicto datio mensure vini.

Pro Martino grubich & Iacobo de Pissino

Anno 1438

Die quarto mensis Ianuarij In publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Paulo quondam Ser Marci Ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius chusaç de Maluicino per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse & manualiter recepisse A Martino grubich & Iacopo de Pisino habitatoribus dicte terre Fluminis libras trigintasex & soldos quindecim paruorum Et hoc pro quadam fideiussione siue plegiaria quam dictus georgius fecit pro praefatis Martino & Iacobo in Ciuitate Arbi pro vino quod emerit a presbytero Iohanne & Stefano Morlacho.

Pro Adam contra Laurentium brisouer

Die VII mensis Ianuarij In statione infrascripti creditoris In terra Fluminis sci Viti praesentibus Iudice Iohanne Misuli Georgio diraçich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Laurentius quondam Matei brisouer de lubiana sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se juste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo mercatori in dicta terra Fluminis praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos quindecim boni auri & justi ponderis Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sancti Georgij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis &c *)

Pro Adam contra Iacobum Leopolth

Die nono mensis Ianuarij in statione infrascripti creditoris In terra Fluminis sci Viti praesentibus Martino çerch de locha Francisco dicto Francho de Creglino testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus leopolth de locha sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos sexdecim boni auri & justi ponderis Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quos quindecim ducatos dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non

*) Cancellato, con in margine la nota: „MCCCCXXXVIII Indictione prima die 27 mensis Aprilis Ego Antonius de reno cancellarius cancellaui & abolcui praesens Instrumentum debiti quia praefatus fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum fuisse a dicto debitore praesentibus testibus Iudice Iohanne Misuli & Ser Mateo quondam Ser donati“

rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c

Pro Adam contra Georgium Schurianaç

Die ac loco suprascriptis praesentibus Ser Stefano quondam blasij Nicolao repeglia pilipario ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius schurianaç de locha sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos uigintiocto boni auri et iusti ponderis Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quos quidem ducatos dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Georgij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis &c

Pro Bartolo de la çichina contra Treglam

Die Xo mensis Ianuarij sub porta terre Fluminis sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Ser Castelino petro pertusano omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Treglia uxor Marini passatoris sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contenta & confessa se iuste teneri & dare debere Ser Bartolo de la çichina de pensauro praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti libras uiginti nouem paruorum Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dicta debitrix praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet libras octo usque ad festum carnispriuij proxime futurum Et residuum usque ad festum Sce Marie de mense augusti sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis &c

Pro Martino Terçich contra uxorem Bachie

Die decimo mensis Ianuarij In publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Iudice Bartolo glauinich

Ser Teodoro quondam Dominici Iohanne Machagno *) omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique uxor Bachie sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione juris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contenta & confessa se juste teneri & dare debere Martino terçich habitatori dicte terre Fluminis praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti libras sexaginta quatuor cum dimidio paruorum Pro qua quidem pecunie quantitate dicta debitrix praefato creditori obligauit & pro speciali pignore designauit suam vineam positam in contrata dicta Rastocine inter suos confines hac condicione quod dictus creditor teneatur & debeat dictam vineam bene & diligenter laborare secundum consuetudinem dicte terre Fluminis & pro labore habere debeat medietatem omnium fructuum dicte vinee & Alteram medietatem fructuum dicte vinee habere debeat dicta debitrix hac condicione & pacto quod praefata debitrix suam medietatem uue dare teneatur praedicto creditore *(sic)* pro solutione suprascripti debiti & praedictus creditor teneatur ipsam medietatem uue accipere pro illo precio quo uendetur vua uel vinum ab alijs in dicta terra Fluminis Et sic fieri & obseruari debeat per ambas partes singulo anno usque ad integram satisfactionem suprascripti debiti Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis una pars alteri ad inuicem obligauit &c

Pro Iud ce Nicolao contra Iudicem Maurum Vidonich

Die Xo mensis Ianuarij In lobia terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Ser Tonsa quondam Ser Nicole Vito matronich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Maurus Vidonich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes &successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti Ducatos quinquaginta

*) Dev' essere un' abbreviazione perchè sopra la *g* c' è una piccola *a*.

duos boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione quam dictus debitor fecit praefato creditori pro Iudice Damiano quondam Matei Quam quidem pecunie quantitatem dare e soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Resurrectionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor ipsi obligauit & pro speciali pignore designauit suam domum cum curia & suis pertinentijs posita in dicta terra Fluminis in contrata Sce Marie.

Pro Iudice Mauro contra dominam Lepiçam

Die Xo mensis Ianuarij in domo habitationis infrascripti Iudicis damiani In terra Fluminis sancti Viti praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Ser Castelino de pensauro Vito matronich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique domina Lepiça uxor Iudicis Damiani quondam Matei tanquam plegia & fideiutrix dicti mariti sui sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contenta & confessa se iuste teneri & dare debere Iudici Mauro Vidonich praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos quinquaginta duos boni auri & justi ponderis Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dicta debitrix praefato creditori usque ad festum Resurrectionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dicta debitrix praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Finis inter dominam Radenam & Nicolaum de pegliam

Die XXI mensis Ianuarij in terra Fluminis sci Viti In domo habitationis infrascripti Magistri Nicolai praesentibus Venerabile Viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis presbytero Iacobo quondam tomasoli Iudice Nicolao quondam Antonij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus

ad haec uocatis & rogatis Ibique domina Radena uxor olim matei piliparij per se & suos heredes unus alteri adinuicem fecerunt finem dimissionem transactionem & pactum de ulterius non petendo de omni debito iure & actione & de omnibus & singulis ad que unus alteri adinuicem tenebatur seu teneri poterat usque ad praesentem diem Et hoc fecit una pars alteri adinuicem eo quia utraque pars fuit contenta & confessa sibi integre solutum & satisfactum fuisse de omni debito re & omnibus et singulis ad que una pars alteri adinuicem tenebatur quacunque ratione uel causa Promittens una pars alteri adinuicem litem questionem uel controuersiam aliquam uni alteri adinuicem uel suis heredibus non imferre nec inferenti consentire Sed omnia & singula suprascripta firma & rata habere tenere & non contrafacere uel uenire per se uel alios aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena dupli eius quod peteretur.

Pro Adam de Firmo contra Iacobum de craie

Die primo mensis Ianuarij *) in penu quod tenet infrascriptus creditor in contrata Sce Barbare Agabito Diracich Barto o Stefancich omnibus habitatoribus terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus de Craie de locha sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos quatuordecim boni auri & iusti ponderis & hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requixitionem ipsius creditoris sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c

Pacta inter Iudicem Vitum zouanich & Simonem Violich

Die tercio mensis Februarij in statione infrascripti Viti Sarctoris praesentibus Iudice Cosma radolich Vito filio domini arcidiaconi Vito sarctore

*) Evidentemente è un errore; dev'essere *februarij*.

quondam georgij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis Ibique Iudex Vitus çouanich dedit locauit & affictauit Simoni Violich ibidem praesenti vnam Vineam positam naruigne (*o nariugne?*) usque ad quinque annos proxime futuros his pactis & condicionibus quod dictus Simon teneatur & debeat dictam uineam bene & diligenter laborare secundum consuetudinem dicte terre Fluminis & omni singulo anno excepto primo anno teneatur & debeat dictus Simon pūēnare (?) quinquaginta capita vitium in dicta vinea Et dictus Simon omni & singulo anno habere debeat medietatem omnium fructuum dicte vinee Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis una pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Copia littere Misse Comiti Chersi

Spectabilis ac generose amice carissime quia credimus quod intentionis dominij Venetiarum nec uestri sit facere nouitates Ideirco vobis notificamus qualiter dum alia die noster cancellarius & ciuis Albone transiret Albonam cum aliquibus assidibus personis & carnibus sallitis vestri Auserenses cum barcha armata nullum Sci Marci signum ferentes ut pirate accesserunt ad eos & introeuntes barcham dicti cancellarij acceperunt tribus mulieribus ciuibus nostris Res infrascripta Et primo Ielene vidoue pecias XV lineas a capite Item vella VII a capite de Sirico Item unum Gausape brachiarum V̄e Item tria gausape brachiarum trium Item fazolos 3 a capite de Sirico Item Ielene Suselichieue unum vellum a capite de Sirico Item 2 vella de bombace Item pecias 3 a capite de bombace Item 2 pecias a capite de sirico Item pecias lineas a capite 8 Item unum façolum a capite de foloselo Item façolos lineos a capite V.e Item unum gausape brachiorum sex Item sacculum unum foloselorum ualoris soldorum 30 Item lucie pecias 13 lineas a capite Item peciam unam a capite de foloselo Item 2 Vella de sirico Item façolos 2 a capite lineos Item nasitergia 13 Item unum par paternostrorum de ambro & vitro turchino Item unum biretum a puero de panno. Et etiam ipsis mulieribus quod enormius est acceperunt panem et caseum quem portabant pro usu suo in barcha His vero rebus iniuste

arreptis dicta barca armata cum barcha praedicta accesserunt simul usque ad portum rabaç ubi iterum barcham introiuerunt querentes siquid inuenire possent & sic in dicta barcha inuenerunt clauos quingentos Blasij crouatini ciuis albonensis & ipsis inuentis dixerunt quod uolebant quod dicta barcha accederet auserenses Qui cancellarius consideratis expensis quos pateretur eundo & redeundo promisit ipsis unum ducatum quod ipsum dimitterent cum barcha qui credentes ipsum plus dare respuerunt & tandem dum dictus cancellarius introiuisset barcham ipsorum uolens cum ipsis accedere Auserenses accepto ducato & duobus humeris sallitis dimiserunt eum libere cum barcha & res suprascriptas dictarum mulierum nunquam ipsis restituere uoluerint Quapropter Spectabilitatem vestram oramus & immensum deprecamur dignemini facere restitui mulieribus praedictis & cancellario nostro res suas ne maiores ipsi incurrant impensas etiam contra omne equitatis ac iusticie debitum res praefate arrepte sint Agite super hoc & prouidete uelut uestri maiores qui uti non solum in propinquis sed etiam in remotis locis liquet virtutibus ac prudentia micuerunt facerent & fecissent Nosque similia & his maiora pro uestra amicitia facere minime dubitetis Valete proatque &c datum in terra Fluminis Sci Viti die V° mensis Februarij 1438

Suscriptio

Iacobus Raunacher Capitaneus Iudices ac regimen terra Fluminis Sci Viti

A Tergo

Spectabili ac generoso viro domino Iacobo delphino honorabili comiti chersi & Auseri amico carissimo &c

Pro Martino aurifice contra lucham de posana

Die VI° mensis Februarij In terra Fluminis Sci Viti In statione infrascripti creditoris praesentibus Iudice Vito barolich Stefano callelli de Ancona omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis specialiter & rogatis ac alijs Ibique Luches quondam Iohannis de posana sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Martino

aurifici quondam dominici de segna habitatori dicte terre Fluminis praesenti & pro se ac suis heredibus stipullanti ducatos tres boni auri & iusti ponderis nomine mutui Quos quidem ducatos dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor ipsi obligauit & pro speciali pignore designauit unum suum lintrum quem emit a mateo çersato pro ducatis quinque auri.

Pro Prodano contra Stefanum cernolich

Die VIo mensis Februarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Castelino de pensauro Stefano calleli de Ancona ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis Ibique Stefanus cernolich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Prodano de Pago habitatori dicte terre Fluminis praesenti & pro se ac suis heredibus stipullanti libras uiginti octo & soldos duodecim cum dimidio paruorum Et hoc pro vino habito a praefato creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor ipsi obligauit suam domum positam in dicta terra Fluminis.

Finis pro Simone Oslich

Die VIIo mensis Februarij sub porta terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice paulo quondam Ser Marci Agapito diraçich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Volch habitator laurane per se & suos heredes fecit finem dimissionem transactionem & pactum de ulterius non petendo Simoni oslich praesenti & pro se ac suis heredibus stipullanti de omni debito iure & actione & de omnibus & singulis ad que dictus

Simon dicto Volcho tenebatur seu teneri poterat aut Malgarite de Flumine uxori dicti Volchi Et hoc fecit dictus Volchus quia contentus & confessus fuit sibi integre solutum & satisfactum fuisse a dicto Simone de omnibus & singulis ad que dictus Simon tenebatur dicto Volcho quacunque ratione uel causa.

Procura Francisci fabri in Ser blasium golobich de Cherso

Die Xo mensis Februarij in terra Fluminis Sci Viti in domo habitationis Iudicis pauli quondam Ser Marci praesentibus testibus Iudice Mauro Vidonich Teodoro quondam dominici Vito Matronich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis specialiter & rogatis ac alijs. Ibique Franciscus faber quondam Martini habitator dicte terre Fluminis omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit providum virum Ser blasium golobich de Cherso absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a magistro Iacobo carpentario olim habitatore terre Fluminis omnem & singulam quantitatem pecunie res & quecunque alia tam cum cartis cyrographis & Instrumentis quam sine & de per eum receptis finem dimissionem transactionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram domino Comite chersi & quocunque alio Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum Sententias Audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda &c.

Pro Iudice Nicolao contra Vitum Matronich

Die XII mensis Februarij In terra Fluminis Sci Viti In statione Magistri Viti sarctoris praesentibus venerabile viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis Iudice Mauro Vidonich Iudice Paulo quondam Ser Marci Iudice Vito quondam Matchi omnibus habitatoribus

dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus quondam Iudici Iohannis matronich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac manualiter recepisse a Iudice Nicolao quondam Antonij ibidem praesente dante ac soluente libras quingentas paruorum in dotem & nomine dotis dominae Katarine uxoris dicti Viti & sororis dicti Iudicis Nicolai Renuncians exceptioni non habite non recepte & non numerate dicte quantitatis pecunie Speique future habitionis ac receptionis omnique alij suo iuri ac legum auxilio Promittensque dictus Vitus per se suosque heredes & successores dicto Iudici Nicolao stipullanti nomine quo supra dictam quantitatem pecunie integre restituere quocienscunque quod absit casus aduenerit restituende dotis Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus Vitus obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura

Pro Iudice Nicolao contra Andream de bistriçe

Die XVII mensis Marcij In terra Fluminis Sci Viti In statione Ser Ade Antonij de Firmo praesentibus Ser Stefano quondam blasij Ser Adam praefato testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Andreas quondam pauli de xelmona habitator bistriçe sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota fuit contentus & confessus per se suosque heredes & successores se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij de dicta terra Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras quadraginta & soldos decem & octo paruorum & hoc pro vino habito a praefato creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad primum diem mensis Madij proxime futuri sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta &c

Procura Tomasini In Ser Adam de Firmo

Die XVI mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iu-

dice Nicolao quondam Ser Antonij Ançelino de Florentia omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Tomasinus quondam Tome de Vegla omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Ser Adam Antonij de Firmo praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a domino presbytero Mateo plebano creglini omnem & certam quantitatem pecunie res & quecunque alia tam cum cartis & Instrumentis quam sine & de per eum receptis finem dimissionem & pactum de ulterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum et ad incantari subastari & uendi faciendum omnia & singula pignera tam ipsi constituenti designata quam designanda Et ad comparendum coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eos executioni mandare faciendum Et generaliter ad omia &c

Pro Petro Pertusano contra Leonardum de Camenich

Die 19 mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Nicolao quondam Antonij Ser Adam de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Leonardus de Stayn sponte promisit & se obligauit dare & consignare Ser Petro filio Ser Antonij pertusano Miliaria septem Ferri boni & bollati in ratione ducatorum XIII pro singulo Miliari usque ad festum Sci georgij proxime futurum Pro qua quidem ferri quantitate dictus Ser Leonardus fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a dicto Ser petro pro parte solutionis ducatos octuaginta boni auri & justi ponderis. Renuncians exceptioni &c Pro quibus omnibus &c una pars alteri &c

Procura Ser Castelini in Ser Mateum & Nicolaum fachinum

Die & loco praescriptis praesentibus Iudice Iuacio quondam blasij Iudice Nicolao quondam Antonij Ser Antonio pertusano omnibus habitato-

tribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogais ac alijs Ibique Ser Castelinus quondam Iohannis de pensauro habitator dicte terre Fluminis omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Ser Mateum quondam Ser Donati de Ancona & Nicolaum Fachinum de cherso & quemlibet eorum In solidum ita quod occupantis conditio melioris non existat Sed quod unus inceperit alter prosequi mediare & finire valeat absentes sed tanquam praesentes suos veros & legitimos procuratores actores factores & certos nuncios speciales in causa quam habet siue habere intendit Crecho de notare petro de besti & ab ipso exigendum & recuperandum omnem & singulam pecunie quantitatem res & quaecunque alia & de receptis per eum finem quietationem remissionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad Agendum petendum defendendum ciuiliter & criminaliter coram quocunque officiali iudice ac rectore & etiam arbitris & arbitratoribus Ad libellum dandum & recipiendum excipiendum replicandum duplicandum quotiens ipsis aut alteri ipsorum uidebitur fore expediens & ad litem contestandam de calumnia & ueritate dicenda in animam ipsius constituentis iurandum terminos & dillationes petendum probationes faciendum testes instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Tenutas capi faciendum tam ex primo decreto quam ex secundo & ipsas subastari & uendi faciendum Item ad sustituendum loco sui unum uel plures procuratores & eos reuocandum rato manente praesente Mandato & generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda que in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum duxerint facienda & necessaria ac utilia uidebuntur etiam si talia forent que mandatum exigerent speciale Dans & concedens ipse constituens dictis suis procuratoribus & cuilibet eorum in solidum & sustituendis ab eis uel altero ipsorum in praemissis uel circa praemissa & quolibet praemissorum plenum arbitrium & generale mandatum cum plena libera & generali administratione agendi & exercendi omnia & singula suprascripta Promittens eisdem procuratoribus suis & cuilibet eorum in solidum & sustituendis ab eis uel altero eorum & mihi no-

tario tanquam publice procure stipullanti & respondenti uice & nomine omnium quorum interest uel in futurum poterit interesse quicquid per dictos suos procuratores & quemlibet eorum in solidum uel sustituendos ab eis uel altero ipsorum actum gestum fuerit perpetuo habiturum firmum & ratum Insuper ipsos & quemlibet eorum in solidum & sostituendos ab eis uel altero ipsorum ab omni satisdationis onere releuare Et ex nunc releuans &c

Procura Iudicis Nicolai In Iudicem Vitum quondam Matchi

Die & loco praescriptis praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Ser Mateo quondam Ser donati Vito Matronich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus quondam Antonij de dicta terra Fluminis omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Iudicem Vitum quondam Matchi absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a magnificis dominis Arsenatus comunis Venetiarum omnem & singulam quantitatem pecunie quam ipsi tenerentur pro remigio Et de per eum receptis finem dimissionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum coram Serenissimo ac ducali dominio Venetiarum & quocunque alio officio Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum Sententias Audiendum & eas executioni mandare faciendum & generaliter &c Dans &c Promittens &c

Pro Petro pertusano

Die XXIo mensis Marcij In publica platea terre Fluminis praesentibus testibus domino Bartolo filio Iudicis Iohannis Misuli Ser Prodano de pago Ibique nobiles vir *(sic)* dominus Maurus Vidonich & dominus Paulus quondam Ser Marci honorabiles Iudices dicte terre Fluminis praeceperunt mihi notario infrascripto quatenus scribere deberem in actis cancelarie quatenus de ipsorum Mandato Petrus filius Ser Antonij pertusano soluit Magistro Ançe carpentario pro toto tempore quo dicto Petro

suprauiuerat Milcha olim eius Ancilla & filiastra dicti Magistri Ançe & hoc quia praefatus Ançe probauit quod dictos denarios dimiserat dicta Milcha sibi oretenus quando obijt.

Accordatio Çacharie filij golacij molendinarij cum Ser Mateo de Nona

Die XXIII mensis Marcij In terra Fluminis Sci Viti In statione infrascripti Ser Antonij praesentibus Ser Antonio pertusano de Venetijs Martino grubich luca Zamburich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Fabianus golaç molendinarius habitator dicte terre Fluminis sponte libere & certa scientia dedit locauit & affetauit çachariam filium suum cum uoluntate & consensu ipsius çacharie hinc usque ad quinque annos proxime futuros Ser Mateo de nona habitatori gradi his pactis & condicionibus videlicet quod dictus Çacharias teneatur & debeat bene & fideliter obedire & seruire dicto Ser Mateo dictis quinque annis Et dictus Ser Mateus dare teneatur & debeat praedicto Çacharie uitum & uestitum & ipsum diligenter tenere & gubernare & dare debeat & soluere pro salario dictorum quinque annorum praefato Çacharie seu eius patri libras centum paruorum hoc modo & per infrascriptos terminos videlicet quod nunc antequam dictum Çachariam secum ducat dare & soluere debeat patri suo libras decem & sic singulo anno usque ad quinque annos Et in capite dictorum quinque annorum residuum Salarij hoc est libras quinquaginta dare & numerare debeat praedicto Çacharie dictus Ser Mateus uel alij seu alijs quibus dare ordinauerit dictus Çacharias Et hoc dare & soluere teneatur dictus Ser Mateus si & in quantum praedictus Çacharias cum ipso steterit dictis quinque annis Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Iudice Paulo contra Vitum sartorem

Die XXVIo mensis Marcij In terra Fluminis Sci Viti In statione infrascripti debitoris praesentibus Iudice Iuacio quondam blasij petro glaunich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus sarctor quondam georgij sponte

libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Paulo quondam Ser Marci praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras triginta octo paruorum Et hoc pro quadam plegaria quam fecit dictus Iudex Paulus Michleso ircher de lubiana pro praedicto Vito debitore Quam quidem pecunie quantitatem dare e soluere promisit dictus debitor praefato creditori octo diebus ante festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Renuncians ex nunc dictus debitor omnibus & singulis Saluisconductibus tam factis quam que fient & omni alij ac singulo iuri atque legum auxilio quod esset contra praesens Instrumentum debiti Insuper dictus debitor ad maiorem cautellam praefati creditoris ipsi obligauit & pro speciali pignore designauit suam Vineam naponxal & omnia alia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Procura presbyteri Iacobi de Bucharo in Bartolum eius generum

Die XXVII mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Iohanne Misuli Toma quondam Iacobi Remerio Andrea quondam Antonuçi de Firmo omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique presbyter Iacobus Michlauich de Bucharo omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Bartolomeum branchouich de planina habitatorem Buchari absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem Presertim ad exigendum & recuperandum A Martino radich habitatore pole omnem & singulam quantitatem pecunie quam dictus Martinus praefato constituenti quacunque ex causa teneretur & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Etiam ad comparendum si opus fuerit coram domino Comite Pole & suis consullibus Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua pro-

ducendum Sententias Audiendum & eas executioni Mandare faciendum Et generaliter &c

Pro Adam contra Iuri baloch

Die & loco praefatis praesentibus Iudice Ambrosio quondam Sci Marci & Mateo quondam Ser donati Magistro Michaele calefato testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius Baloch de lubiana sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Andree Antonij de Firmo stipullanti & respondenti uice & nomine Ser Ade fratris sui & eius heredum ducatos XV.cim boni auri & iusti ponderis et hoc pro oleo habito ab ipso creditore quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum uel taliter facere cum effectu quod Vorichus de lubiana promittet praefato creditori dictam quantitatem peccunie antequam suprascriptus terminus expiret uel dabit ipsam peccuniam usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum Pro quibus omnibus

Pro praedicto contra Vorich famulum domini Capitanei

Die XXVIII mensis Marcij in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Paulo quondam Marci & Iudice ambrosio eius fratre testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vorich famulus Domini capitanei & maritus marie xelexenicoue sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Andree Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti vice & nomine Ser Ade fratris sui ducatos septem cum dimidio boni auri & justi ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione quam dictus debitor fecit praefato creditori pro Cociano de los Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti qua soluta

uel non rata maneant omnia & singula suprascripta pro quibus omnibus &c *)

Pro presbytero Iohanne pacta cum carpentarijs

Die XXVIII mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Mateo quondam Ser Donati Ser Castelino de pensauro Martino de Segna aurifice omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ançe teotonicus & Vrbanus ambo carpentarij tales cum domino presbytero Iohanne quondam Antonij fecerunt pactum concordium & conuentionem videlicet quod dicti carpentarij omnibus suis expensis debeant muraleam dicti presbyteri Iohannis prope domum sue habitationis claudere circumcirca de assidibus leuigatis ab uno latere tantum Saluo quod paries anterior debeat leuigari ab utroque latere & facere unum porticetum tantum quantus est paries anterior & ipsum claudere de assidibus leuigatis ab utroque latere & eundem coperire teneantur & dictam Muraleam solorare teneantur & cooperire de tegulis quas dictus presbyter Iohannes tenetur portari facere supra tectum suis expensis trabes omnes sub solario debent esse dolovrati Sed qui erunt sub tecto debent esse leuigati Scalas portas & exedras facere & construere teneantur eo modo quo prius erant Intelligendo tamen quod dictus presbyter Iohannes praefatis carpentarijs dare teneatur omnem praeparamentum Et praefati carpentarij habere debeant a dicto presbytero Iohanne pro labore suo libras septuaginta paruorum Promittens una pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attendere & obseruare sub obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum.

---

*) Cancellato, con nel margine inferiore la nota: „MCCCCXXXVIII.o Indictione prima die X.o mensis Aprilis praesens Instrumentum debiti fuit cassum & cancellatum per Me Antonium de reno cancellarius eo quia dictus Adam de Firmo creditor fuit contentus & confessus sibi integre solutum & Satisfactum A Cociano de los debitore praesentibus testibus uocatis & rogatis Georgio glauinich & Iacobo Tonchouich“

Pro dorothea quondam iudicis Martini filia contra Vasmam de grobinicho

Die secundo Mensis aprilis ante domum habitationis infrascripte creditricis praesentibus Iudice Bartolo glauinich Iudice Nicolao quondam Antonij & Teodoro quondam dominici omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vasma Iuich de grobinicho sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successoribus fuit contentus & confessus se juste teneri & dare debere Dorothee filie quondam Iudicis Martini praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum & duodecim paruorum Et hoc pro quadam parte molendini vendita dicto debitori a praefata creditrice Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefate creditrici per infrascriptos terminos videlicet libras quinquaginta usque ad festum Sci georgij proxime futurum Et residuum usque ad festum Sancte Malgarite proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad Maiorem cautellam dicte creditricis praedictus debitor ipsi obligauit suprascriptam partem Molendini & omnia alia sua bona &c *)

Pro Iudice Vito çouanich contra Mateum çersato

Die tertio mensis aprilis in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Bartolo glauinich Mateo quondam Ser donati Martino aurifice de Segna omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Mateus çersato sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Vito zouanich praesenti stipullanti &

*) Cancellato, con in margine la nota: „MCCCCXXXVIII Indictione prima die XXVII mensis Iulij praesens Instrumentum debiti fuit cassum & cancelatum a me Antonio de reno cancelario praefata dorothea fuit contenta & confessa sibi integre solutum & satisfactum fuisse a dicto creditore Praesentibus Ser Mateo quondam Ser donati Laurentio labutich Mateo gastaldo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs"

respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras septuaginta sex paruorum Et hoc pro quadam domo quae fuit quondam Iohannis Sirognich vendita a dicto creditore praedicto debitori Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet medietatem dicte pecunie usque ad festum asumptionis Beate Marie Virginis proxime futurum & residuum usque ad festum Sci Martini proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor ipsi obligauit suprascriptam domum & omnia alia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura*)

Pro Iudice Nicolao contra Ser Tonsam

Die quarto mensis Aprilis In terra Fluminis Sci Viti In statione Iudicis Nicolai infrascripti praesentibus testibus Ser Stefano blaxonich Vito Matronich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Tonsa quondam Ser Nicole sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quinquaginta tres boni auri & iusti ponderis & soldos uiginti & hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per infrascriptos terminos videlicet ducatos trigintanouem usque ad festum Sci georgij proxime futurum Et residuum usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor obligauit praefato creditori omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura

*) Cancellato, con in margine la nota: „1440 die 26 Ianuarij Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesent bus testibus Iudice Mateo quondam Ser donati Iacobo micholich“

Pro Iudice Nicolao & Ser Adam de Firmo contra Ser Tonsam

Suprascriptis die loco ac testibus Ibique Ser Tonsa quondam Ser Nicole sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij & Ser Ade Antonij de Firmo paribus portionibus praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos septuagintaquatuor boni auri & iusti ponderis Et hoc pro oleo habito a praefatis creditoribus Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefatis creditoribus per infrascriptos terminos videlicet ducatos uiginti sex per totum mensem praesentem Et residuum usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefatis creditoribus obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura

Pro Ser Antonio pertusano contra Ser Mateum quondam Ser donati

Die VII mensis Aprilis in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Adam Antonij de Firmo Martino aurifice de segna Iohanne bastaxio omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Mateus quondam Ser donati de Ancona habitator dicte terre Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Antonio pertusano de venetijs praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos ducentos quadraginta boni auri & justi ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione quam dictus debitor fecit praefato creditori pro Achacio de Camenich Paulo lustalar & Iurlino selario de lubiana pro sex ballis bombacij tincti asculani habitis a praefato creditore In ratione ducatorum quadraginta pro singula balla Pro qua quidem pecunie quan-

titate dictus debitor praefato creditori dare tantum ferrum bonum & mercimoniale quod & quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie pro precio & foro conuento inter praefatum creditorem & praedictum Achacium paulum & Iurlinum Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis &c*)

Pro Iudice Nicolao contra Iachel arar

Die 9 mensis Aprilis In terra Fluminis Sci Viti In statione infrascripti creditoris praesentibus Ser Adam de Firmo Vito matronich habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iachel arar de locha sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta sex boni auri & justi ponderis Et hoc pro oleo habito a dicto creditore pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor praefato creditori dare & consignare promisit in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & mercimoniale quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie In ratione XIII.cim ducatorum pro singulo Miliari usque ad festum ascensionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c**)

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die 23 mensis Iunij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti eo quod Ser Petrus quondam dicti Ser Antonij pertusano creditoris fuit contentus & confessus sibi fuisse satisfactum praesentibus presbytero Iohanne micolich Martino de segna aurifice testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs - Ego Antonius cancellarius scripsi"

**) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die XVII mensis Marcij Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui et aboleui praesens Instrumentum debiti eo quod ipse creditor fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum fuisse a debitore praesentibus Ser Angelino bonfiol... de Florentia & Ser Castelino de pensauro"

Pro Ser Adam de Firmo contra Quocianum de los

Die X° mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Petro Nardi de Ancona Georgio glauinich de dicta terra Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quocianus de los sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo mercatori in dicta terra Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos nouem boni auri & iusti ponderis & libras quinque & soldos septem paruorum Et hoc pro Oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum pentecostes proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta cuius quidem debiti fideiussor & principalis debitor exstitit Vorichus maritus marie xelexenicoue cum obligatione omnium suorum bonorum ad preces praefati Quociani. Cui quidem Voricho praefatus Quocianus per se suosque heredes extrahere & liberare atque indemnem conseruare a suprascripta fideiussione ducatorum nouem librarum quinque & soldorum septem *)

Procura Iacobi cristinich in Ser Mateum quondam Ser donati

Die XVIII° mensis Aprilis in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Nobili Viro Iudice Iohanne Misulich georgio diraçich Ser Adam Antonij de Firmo omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus cristinich de lubiana omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Providum Virum Ser Mateum quondam Ser

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die XVIIII mensis Februarij Cassatum et cancelatum fuit praesens instrumentum debiti eo quod creditor fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum fuisse a dicto debitore praesentibus georgio petricich et Iohanne sarctore de alemania - Ego Antonius cancellarius scripsi“

donati de Ancona praesentem & infrascriptum mandatum suscipientem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem et certum nuncium specialem specialiter ac nominatim ad exigendum & recuperandum a Ser Forte de Curçula omnem & singulam pecunie quantitatem res & quaecunque alia que dicto constituenti quacunque ex causa teneretur tam cum cartis cyrographis & Instrumentis quam sine & de per eum receptis finem dimissionem transactionem & pactum de ulterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque officiali Iudice ac rectore Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes & Instrumenta & alia iura producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Item ad sustituendum loco sui unum uel plures procuratores & eos reuocandum rato manente praesente Mandato Et generaliter ad omnia &c Dans &c Promittens &c.

Conuentio Iudicis Nicolai & Vorichi de lubiana

Die XXo Mensis Aprilis In terra Fluminis Sci Viti In domo habitationis infrascripti Iudicis Nicolai praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Ser Angelino quondam..... de Florentia Stefano quondam blasij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus quondam Antonij & Vorichus piliparius de lubiana tales insimul fecerunt conuenctionem & pactum videlicet quod dictus Vorichus dare & consignare debeat dicto Iudici Nicolao in terra Fluminis Miliaria octuaginta ferri boni & bollati in ratione XIII ducatorum pro singulo miliari per terminos infrascriptos videlicet Miliaria XL.ta usque ad festum pentecostes proxime futurum & alia XL.ta usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum Et dictus Iudex Nicolaus dicto Voricho ibidem dedit & numerauit ducatos ducentos auri. Et in festo Sce Malgarite proxime futurum praedictus Iudex Nicolaus dicto Voricho dare & numerare debeat ducatos trecentos boni auri & justi ponderis Et pro residuo praecij dicte quantitatis ferri praedictus Iudex Nicolaus dicto Voricho dare debeat oleum eo precio quo uendetur per Ser Antonium pertusano & Ser Adam de Firmo ad

festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum Saluo tamen iusto impedimento ambarum partium Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis una pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura

PROTEXTUS IUDICIS NICOLAI CONTRA IOHANNEM ÇIMACH

Die secundo mensis Madij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Nicolao scabich Cola de pensauro & Vito sarctore omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique coram Nobili Viro Iudice Mauro Vidonich comparuit Iudex Nicolaus quondam Antonij asserens & dicens qualiter noliçauerat Iohannem çimach cum quadam Marciliana pro onerando ferrum & quod fecerat pactum cum dicto Iohanne quod omnibus remotis impedimentis debere omnimode discedere A ciuitate Segne pro ueniendo ad terram Fluminis die XXVIIo mensis Aprilis Et quia dictus Iohannes non uenit adhuc ad terram Fluminis eo quod non discessit a ciuitate Segne secundum pacta quod dicto Iudici Nicolao redundat in maximum damnum & praeiudicium Idcirco dictus Iudex Nicolaus omnibus illis iuris remedijs quibus potuit protextatus fuit contra dictum Iohannem licet absentem de ducatis quinquaginta auri pro suo damno & interesse & quod amplius ipsum non uult expectare eo quod propter moram dicti Iohannis ipsum oportuit aliam capere uiam.

PRO SER ADAM DE FIRMO CONTRA CRESTANUM PLANINAM

Die nono mensis Madij In statione mei notarij praesentibus testibus Iohanne barlech Suarçelino pilipario Toma quirinich de Castua testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Crestanus planina de lubiana sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo mercatori in dicta terra Fluminis praesenti stipullanti et respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quinquaginta quinque boni auri & iusti ponderis Et hoc pro oleo habito a

dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor praefato creditori dare & consignare promisit in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bollatum de Ospergo quantum ascendat ad dictam quantitatem pecunie In ratione XIII ducatorum pro singulo Miliari usque ad festum Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. Pro quibus omnibus &c

Pro Prodano contra Stefanum Mortath

Die XVIIIo mensis Madij In platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Cosma radolich Francisco fabro Grisano tonchouich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec rogatis & uocatis ac alijs Ibique Stefanus mortath per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Prodano de pago habitatori dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras quadragintaseptem & soldos nouem paruorum Et hoc pro vino habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dictus debitor praefato creditori dare & soluere promisit usque ad festum assumptionis Virginis Marie proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad Maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor obligauit & pro speciale pignere designauit suam vineam positam in bergud.

Pro petro rasar sarctore contra Iudicem Bachinum

Die Vltrascripto In statione mei notarij infrascripti praesentibus generoso Viro domino Iacobo Raunacher Capitaneo terre Fluminis praedicte Iudice Mauro Vidonich Iudice Nicolao quondam Antonij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis Vir Iudex Iohannes Misuli sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro Sarctori quondam Iohannis rasar famulo domini Capitanei suprascripti praesenti stipullanti & respondenti pro

se suisque heredibus & successoribus ducatos octuaginta boni auri & justi ponderis nomine Mutui quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum annunciationis beate Virginis Marie proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Protextus Petri pertusano contra Leonardum de Camenich

Die XXII mensis Madij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Rafaele de Fossambruno Ser Adam & Andrea eius fratre de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili Viro domino Mauro Vidonich tunc temporis honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Petrus filius Ser Antonij pertusano asserens & dicens qualiter Leonardus de Camenich ipsi dare & consignare tenebatur in dicta terra Fluminis Miliaria septem boni ferri et bullati usque ad festum Sci georgij proxime praeteritum uelut clare constat quondam Instrumento scripto manu mei notarij infrascripti die 19 mensis Marcij 1438 quod ferrum sibi minime datum aut consignatum estat quod dicto petro redundat in maximum damnum & incomodum Quapropter praefatus Petrus omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit protestatus fuit contra dictum leonardum licet absentem de ducatis decem pro damno & interesse praefato petro hac de causa secutis. *)

Pro Ser Iohanne quondam Ser Pauli de galianis de Arimino contra Nicolaum scabich

Die XXIIII mensis Madij In publica platea terre Fluminis sci Viti praesentibus Petro filio Ser Antonij pertusano de Venetijs Iudice Marco glauinich Paulo barbitonsore quon-

*) Cancellato, con nel margine inferiore la nota: „Cancelaui de Mandato nobili Viri domini Mauri honorabilis Iudicis terre Fluminis Sci Viti die 29 mensis octobris praesentibus Iudice Nicolao quondam Antonij & petro Marino de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis 1438“

dam georgij ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili Viro domino Mauro Vidonich honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Nobilis vir Ser Iohannes quondam Ser Pauli de galianis de arimino petens A Nicolao scabich ibidem praesente libras ducentas & septuaginta paruorum vigore cuiusdam sententie scripte manu Ser Guidonis quondam comucij de spilinbergo publici ac legalis notarij & olim cancelarij dicte terre Fluminis anno domini MCCCCXXII..... a me notario infrascriptos uiso & lecto Qui Nicolaus confessus est coram testibus suprascriptis & me notario infrascripto suprascriptum debitum & Eidem Ser Iohanni praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus dictus Nicolaus per se suosque heredes & successores obligauit & pro speciali pignere designauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura pro suprascripto debito librarum ducentarum & septuaginta paruorum.

Pro Petro pertusano contra Achatium de Camenich

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Cola luce de pensauro Nicolao scabich Paulo barbitonsore quondam georgij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Achatius de Camenich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro filio Ser Antonij pertusano praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos octuaginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro duabus ballis bombacij asculani tincti Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor praefato creditori dare & consignare promisit in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bullatum quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in ratione ducatorum duodecim cum dimidio pro singulo Miliari per totum mensem Iulij proxime futuri sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c *)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1438 Indictione prima die XVIII mensis nouembris cancelaui & aboleui praesens Instrumentum con-

Pacta Ser Ade de Firmo & Achatij

Die XXIIII mensis Madij In domo habitationis infrascripti Ser Ade praesentibus Ser Toma iacobi de Fano Iudice Stefano roseuich Blasio cerdone quondam Antonij testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Adam Antonij de Firmo & Achatius de Camenich tales insimul fecerunt conuentiones & pactum videlicet quod dictus Ser Adam dare debeat praedicto Achatio ducatos ducentos auri quos ibidem quam citius dedit & numerauit & Miliaria undecim olei pro illo praecio quo vendetur in dicta terra Fluminis ab alijs mercatoribus circa festum Sci Martini proxime futurum Et praedictus Achatius dicto Ser Ade dare & consignare tenetur in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bollatum de Ospergo quantum ascendat ad suprascriptas quantitates pecunie & olei In ratione XIII ducatorum pro singulo miliari per terminos infrascriptos videlicet Miliaria triginta usque ad festum sce Malgarite et residuum usque ad festum Sci Martini proxime futurum Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis una pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura *)

Pro Prodano contra Bartolum de la çichina

Die XXVI mensis Madij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Cola luce de pensauro Ser Rafaele de fossambruno Petro filio Ser Antonij pertusano testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Bartolus de la çichina de pensauro sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste te-

fessionis debiti eo quod dictus creditor fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum fuisse A Ser Adam Antonij de Firmo nomine Acatij debitoris praesentibus petro Marino de Firmo & Iacobo Antonio de Flumine"

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die XX.o mensis Aprilis Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesentem instrumentum eo quod Adam creditor fuit contentus & confessus sibi integre fuisse satisfactum a dicto Achatio praesentibus Vito domini arcidiaconi & georgio..... criçich

neri & dare debere Prodano de Pago habitatori dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta octo boni auri & justi ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad XXVI diem mensis Iunij proxime futuri sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor ipsi obligauit & pro speciali pignere designauit omnem & singulam frumenti quantitatem quam habet in dicta terra Fluminis hac conditione quod omnes & singuli denarij qui extrahentur de ipso frumento singulo die dari debeant praefato prodano uel eius nuncio usque ad satisfactionem suprascripti debiti

Testificatio in fauorem Iacobi fratris Iudicis Nicolai

Die XXVIII mensis Madij In publica platea terre Fluminis Sci Viti Coram Venerabili Viro Domino Arcidiacono Iudice Iohanne Misuli Iudice Mauro Vidonich Iudice Paulo quondam Ser Marci Presbyter Mateus Iepanich presbyter Antonius Visignich testes producti per Iudicem Nicolaum quondam Antonij In causa querele olim facte A Milcha olim ancilla Ser Antonij pertusano sacramentati a suprascripto domino arcidiacono dixerunt & testificati fuerunt qualiter dum dicta Milcha iaceret infirma rogarunt eam quod dicere uellet veritatem an Iacobus quondam Antonij ei aliquam intulerit uiolentiam que respondit quod uerum est quod dum esset in orto dicti Ser Antonij pertusano ad ipsam uenit praefatus Iacobus dicens *bondi rosiça* & ipsa dixit ei uade cum domino quia patronus meus nunc est venturus & ipse dixit ego portabo tibi unum anulum & ipsa dicebat uade cum domino & tandem dictus Iacobus ipsam cepit per manum & sic cecidit & ipsa protrahere cepit Interim patronus eius uenit & dictus Iacobus discessit & dixit dicta Milcha quod nullam facere uolebat querelam eo quia nullam verecundiam nec violentiam receperat a dicto Iacobo sed patronus eius coegit eam conqueri & quod volebat quod exclamaret sed ipsa noluit.

Pro Capitulo contra Stefanum Capelarium

Die 3o mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice paulo quondam Ser Marci paulo barbitonsore quondam georgij testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus capelarius habitator dicte terre Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere presbytero Iohanni quondam Antonij praesenti stipullanti & respondenti uice ac nomine totius capituli dicte terre Fluminis libras decem et octo paruorum pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor praefato capitulo obligauit et pro speciali pignore designauit omnes & singulos usufructus suos anni praesentis.

Die 9 mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Nicolao quondam Antonij Paulo stefani mortath ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec vocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus Marci Laurentius quondam clementis de pirāno & Valentinus de sca Cruce omnes habitatores Venetiarum dimisserunt in manus Ser Teodori quondam dominici Vnam capsam cum pipere & zinçibere & duos saccullos cum bombace fillato albo & nigro & Vnam capsam semiplenam sapono Albo. Et conuenerunt insimul partes praedicte quod dictus Teodorus teneatur & debeat suprascriptas res dare ipsis uel uni ipsorum qui petet ipsas & dicti Petrus laurentius & Valentinus dicto Teodoro uel opponere possint cuicunque ipsorum dederit suprascriptas res dum tamen ille uel illi extrahant eum de quadam plegiaria quam fecit heredibus quondam Moysi pro dictis Petro laurentio & Valentino pro quadam barca. *)

Pro Arcidiaconatu tote terre Fluminis

Die 9 mensis Iunij in sacrastia ecclesie Sce Marie terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vido-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1438 Indictione prima die XVII mensis Augusti Cancelatum fuit hoc Instrumentum quia ipsi depositores fuerunt contenti & confessi habuisse omnes suas res contentas In Instrumento praesentibus Ser Tonsa quondam Ser Nicole et Mateo gastaldo. Ego Antonius cancelarius scripsi.“

nich Iudice Paulo quondam Ser Marci Iudice Nicolao quondam Antonij Nicolao scabich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique.... *)

Pro Adam de Firmo contra Michsam de los

Die XI mensis Iunij In statione infrascripti Ser Ade in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Martino Macellatore Toschano quondam Çanobij ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Michsa Cramarius de los sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos decem boni auri & justi ponderis. Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sce Malgarite proxime future sub pena dupli qua soluta uel non rata maneant omnia & singula & suprascripta Pro quibus omnibus &c

Protextus Radoslauj piliparij contra Paulum mortatich

Die XIIII mensis Iunij In statione mei notarij infrascripti praesentibus Nicolao scabich Quirino cigantich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili Viro domino Paulo quondam Ser Marci honorabili Iudice dicte terre Fluminis comparuit Radoslauus piliparius asserens & dicens qualiter Paulus mortatich promisit sibi dare trecentas & tres pelles agnelinas chersinas in ratione librarum quadraginta quinque pro singulo centenario & quod ipsi uidetur quod non attendet sibi id quod promisit Quapropter protextatus fuit contra dictum paulum ibidem praesentem pro singula pelle que deficiet usque ad supra-

*) Il tratto seguente della pagina è lasciato in bianco, attraversato da due croci intrecciate.

scriptam quantitatem pellium duodecim solidos omnibus illis iuris remedijs quibus melius potest & debet.*)

Die XIII mensis Iunij In statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Martino terçich Ambrosio radolich Cosma mulsetich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus filius Antonij pertusano & Antonius Nicolai de monte albodio insimul taliter conuenerunt videlicet**)

PARS CAPTA PRO PISCATIONE TONORUM

Die XVIIII mensis Iunij In Lobia terre Fluminis Sci Viti Per generosum virum dominum Iacobum Raunacher Capitaneum Iudicem Maurum Vidonich Iudicem Paulum cresolich ad praesens Iudices dominum presbyterum Mateum Arcidiaconum Iudicem Iohannem Misulich Iudicem Stefanum ruseuich Iudicem Maurum glauinich Iudicem Ambrosium cresolich Iudicem Cosmam radolich Iudicem Vitum barulich Iudicem Nicolaum micolich Ser Tonsam quondam Ser Nicole omnes consiliarios terre Fluminis capta fuit pars infrascripti tenoris quod quilibet piscator dicte terre Fluminis siue de Castua possit proicere rectia tonorum in prelucham in mare dumtaxat aliquis alius non proiecerit prius rectia non obstante quod barcha siue linter esset legatus cum hominibus aut rectibus uel siue hominibus aut rectibus uel non ligatus

PRO TOTO ARCIDIACONATU TERRE FLUMINIS

Die XX mensis Iunij In terra Fluminis Sancti Viti In ecclesia Sancti Augustini praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice paulo quondam Ser Marci ad praesens Iudicibus Iudice Stefano roseuich Iudice Iuacio quondam blasij Iudice Vito quondam Ser Matchi Iudice Cosma radolich Iudice Ambrosio cresolich Iudice Vito barulich Iudice Nicolao micolich Ser Stefano blasinich Ser Tonsa quondam Ser Nicole omnibus consiliarijs dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis Ibique cum Reuerendus In Christo pater ac

*) Cancellato senza alcuna nota.

**) Cancellato

dominus dominus dominicus de luschis episcopus polensis petat & intendat habere a sacerdotibus Arcidiaconatus terre Fluminis contra omne iuris debitum etiam contra consuetudines antiquas dicti Arcidiaconatus Idcirco venerabilis vir dominus presbyter Mateus Arcidiaconus & plebanus dicte terre Fluminis scripsit Plebano & sacerdotibus Castue Plebano Valprinacij plebano & sacerdotibus Laurane plebano Muschienişe plebano Breseci & sacerdoti Clane quod omnes venire siue mittere debeant ad dictam terram Fluminis pro prouidendo pro dicto Caritatiuo subsidio quod omnes miserunt & aliqui personaliter venerunt quorum sacerdotum nomina sunt hec Imprimis suprascriptus dominus presbyter Mateus Arcidiaconus & Plebanus presbyter Mateus lepanich presbyter Iacobus quondam Tomasoli *)

Protestus Quirini quondam Michlini de Vegla

Die XXIII mensis Iunij sub lobia terre Fluminis vbi ius redditur Ibique Coram dominis Iudicibus & consilio terre Fluminis predicte Comparuit Nicolaus Marcouich tanquam aduocatus Quirini quondam Michlini de Vegla ibidem praesentis petens a Ser Adam de Firmo medietatem carechie & lucri cum ea facti et quia causa finem habere tunc non potuit Ideo praefatus Nicolaus nomine quo supra protestatus fuit omnibus illis remedijs iuris quibus melius potuit de ducatis pro medietate dicte Carachie si aliquid de Carachia accideret & e conuerso dictus Ser Adam protestatus fuit de ducatis eo quod hac de causa non potest accedere quo intendit unde magnum patitur damnum & incomodum.

Pro Francisco de Ancona contra Ser Antonium Pertusano

Die XVIII mensis Iulij in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Agabito diraçich & Venetiano de Cregijno ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis

*) Cancellato, con in margine la nota: „1440 die 4.o mensis Madij cancellatum fuit hoc Instrumentum de voluntate domini presbyteri Matei Arcidiaconi & plebani dicte terre Fluminis praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Paulo quondam Ser Marci testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

ac alijs Ibique Ser Antonius pertusano habitator dicte terre Fluminis Sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Francisco Dominici de Ancona praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti libras quadraginta vnam & solidos quindicim paruorum Et hoc pro bombace habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum nundinarum Castri Cregijni proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura*)

Pro Ser Antonio pertusano

Die & loco vltrascriptis praesentibus Iudice Mauro Vidonich Ser Castelino de pensauro Vitus Matronich fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a Ser Antonio pertusano libras triginta sex paruorum quas idem Vitus anno praeterito dederat praefato Ser Antonio nomine Ciriaci magistri Francisci de Ancona qui fideiussit pro dicto Vito Ancone pro panno ibidem accepto a praefato Vito

Pro Adam de Firmo contra Tomam de Castua

Die XXI mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sancti Viti praesentibus Iudice paulo quondam Marci Teodoro quondam dominici Prodano de Pago omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis sponte libere ex certa scientia

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die 26 mensis Aprilis Ego Antonius de reno cancelarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti eo quod Antonius magistri marini de Ancona procurator Francisci creditoris uti constat Instrumento publico scripto manu Ser Matei petri gratiani de Ancona publici ac legalis notarij anno domini MCCCCXXXVIIII Indictione secunda die undecima mensis Aprilis a me notario & cancelario viso & lecto fuit contentus & confessus sibi nomine quo supra integre solutum et satisfactum fuisse a dicto Ser Antonio debitore praesentibus testibus Ser Tonsa quondam Ser Nicole & Ser Cola luce de pensauro“

non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras quinquagintasex paruorum pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor praefato creditori obligauit & pro speciali pignere designauit suam vineam positam in districtu Fluminis in loco dicto borgud in ploç Pro quibus omnibus &c

Pro petro pertusano contra Mateum quondam Ser donati

Die XXVIIII mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sancti Viti praesentibus Simone Vanni de Esculo Vito matronich de dicta terra Fluminis Ser Adam de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Mateus quondam Ser Donati de Ancona sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Petro pertusano de Venetijs praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos trecentum boni auri & justi ponderis prout constat quoddam Instrumento scripto manu mei notarij infrascripti anno domini 1438 die VII mensis Aprilis & quodam cyrographo scripto manu praefati debitoris Anno domini 1438 die 19 mensis Aprilis a me notario infrascripto uisis & lectis quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori in reuersione itineris quod nunc est facturus Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit septem uegetes olei positos in domum domini Iohannis de prem prope Macellum & si praedictum oleum non satisfaceret usque ad integram solutionis satisfactionem praefatus debitor praedicto creditori obligauit omnia alia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura Predictum tamen oleum stare & esse debet risico & periculo dicti debitoris.*)

*) Cancellato, con in margine la nota: „MCCCCXXXVIII Indictione prima die quinto mensis nouembris cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti eo quod ipse creditor fuit contentus & confessus sibi in-

Procura Iudicis Iohannis Misuli

Die penultimo mensis Iulij In littore maris ante portam terre Fluminis Sancti Viti praesentibus Iudice Ambrosio quondam Ser Marci Iudice Vito quondam Matchi Iudice Nicolao quondam Antonij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis Vir Dominus Iohannes Misuli omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Nobilem Virum Nicolaum quondam domini Enrici de Vngerspach Absentem sed tanquam praesentem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem specialiter ac nominatim ad exigendum & recuperandum a dominis Arsenatus Comunis Venetiarum omnem & singulam pecunie quantitatem quam quomodocunque praefato constituenti dare tenerentur & de per eum receptis finem dimissionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et Ad comparendum si opus fuerit pro dicta causa Coram Serenissimo Inclito ac ducali Dominio Venetiarum Et generaliter &c dans &c Promittens &c

Pro Cola de pensauro contra Bonacorsium

Die vltimo mensis Iulij sub arbore quae est in littore maris ante portam terre Fluminis Sci Viti Coram Nobilibus Viris Iudice Paulo quondam Ser Marci tunc temporis Iudice terre Fluminis Iudice Nicolao quondam Antonij tunc temporis Iudice loco Iudicis Mauri Vidonich Iudice Iohanne Misuli Comparuit Ser Bonacursius Petri Nicole de pensauro petens in Iudicio A Cola luce de pensauro ducatos quinquaginta sex auri pro affictu siue pensione Medietatis unius domus posite in ciuitate Segne quam medietatem domus dictus Cola emit ducatis triginta duobus auri

Protestus Ser Adam de Firmo contra Ser Tomam Lodouici

Die primo mensis Augusti sub arbore populea quae est ante portam terre Fluminis Sancti Viti praesentibus Teodoro quondam Dominici Ser

---

tegre solutum & satisfactum fuisse a dicto debitore praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Nicolao quondam Antonij Ego Antonius cancellarius scripsi.“

Mateo quondam Ser Donati Milasino calafato omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Dominis Iudicibus & consilio comparuit Ser Adam Antonij de Firmo asserens & dicens qualiter Ser Tomas lodouici habitator Segne vendidit sibi medietatem carachie que fuit Michlini de Vegla & nunc per dictorum dominorum sententiam dicta medietas fuit judicata heredibus praefati Michlini quod sibi redundat in maximum damnum quapropter omni via modo iure & forma quibus magis & melius potuit & de iure debuit protestatus fuit contra praefatum Ser Tomam licet absentem sed tanquam praesentem de ducatis centum pro damno huc usque habito etiam protestatus fuit contra eundem de omni damno interesse & expensis secutis & secuturis

Protestus eiusdem contra heredes quondam Michlini

Vltrascriptis loco ac testibus Coram Nobili Viro Iudice Iohanne Misuli existente loco domini Capitanei Comparuit Adam Antonij de Firmo asserens & dicens qualiter Iudices & consilium terre Fluminis praedicte sententiarunt quod medietas sue carachie sit & esse debeat heredum quondam Ser Michlini de Vegla quapropter rogat Ser Nicolaum Marchouich & Quirinum filium dicti quondam Michlini quatenus habere debeant custodiam et ponere in dicta carachia quamdam personam que custodiat aliter si quid contingerit de carachia protestatur de ea & de omni damno & interesse quod habebit pro ea

Protestus Ser Nicolai Marchouich contra Adam Antonij de Firmo

Vltrascriptis die loco ac testibus Coram Nobili viro Iudice Iohanne Misuli existente loco domini Capitanei Comparuit Nicolaus Marchonich tanquam procurator & procuratorio nomine Ser Tome Ludouici & Nicolai dicti Culela & Quirini de Vlachi uti commissariorum Ser Michlini de Vlachi de Vegla asserens & dicens qualiter rogat Adam Antonij de Firmo ibidem praesentem debeat & velit eidem consignare carachiam in Flumine ligatam aliter si-

quid contingerit protestatur pro carachia & coredijs ducatos ducentos auri & omne damnum & expensas secuturas

Pro Vito Matronich contra georgium glauinich

Die secundo mensis Augusti In statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Stefano blaxonich Martino terçich Venetiano Bartoli de Cregijno omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis specialiter & rogatis ac alijs Ibique Georgius filius Iudicis Marci glauinich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse A Vito Matronich praesenti (*sic*) & stipullante pro se suisque heredibus & successoribus in rebus exstimatis libras quingentas paruorum nomine dotis Dominae Perse sororis Dicti Viti & uxoris praedicti georgij Conuenerunt — que simul praefati Vitus & georgius per solemne pactum quod vnus alteri non inferet litem quaestionem uel controuersiam aliquam de omni & singula re quam alter possideat Sed potius volunt & contentantur quod uterque ipsorum pacifice possideat omnia & singula que nunc possidet sine conditione alterius Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro georgio de dreuenico contra Antonium furlanum

Die tercio mensis Augusti In statione mei notarij infrascripti In terra Fluminis Sci Viti praesentibus Martino terçich Mateo çersato Paulo Vidotich barbitonsore omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Magister Antonius quondam Iacobi de Vtino habitator pirani sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores cum obligatione omnium suorum bonorum fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere georgio filio Iudicis Stefani de dreuenico praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos duodecim boni

auri & justi ponderis & libras quadraginta sex paruorum Quos quidem ducatos duodecim dictus debitor habuit ab hominibus grisani pro ara quinque millium tegullarum quas ipsis ferre debet usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum et praefatas quadraginta sex libras dare debet Iudici Iohanni Misuli pro segadicijs quas ab ipso habuit usque ad festum Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro pro qua quidem pecunia dictus georgius creditor praefatis Iudici Iohanni & hominibus grisani fuit fideiussor & solutor pro praedicto Magistro Antonio Quas quidem libras 46 & tegulas dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos suprascriptos sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et pro dicto debito soluendo in suprascriptis terminis dictus debitor voluit posse compelli realiter & personaliter ad petitionem praefati creditoris in dicta terra Fiuminis Segne Iadre Venetijs Ancone pirani & vbique locorum Renuncians ex nunc omnibus & singulis foris priuilegijs statutis consuetudinibus saluisconductibus tam factis quam qui fient ac omni alij & singulo iuri ac legum auxilio quod esset contra praesens Instrumentum debiti ita & taliter quod dictus debitor non uult quod aliquid possit obici uel allegari a quopiam contra praesens Instrumentum debiti nisi manifesta & publica solutio apparuerit Insuper ad maiorem cautellam praefati creditoris praedictus debitor ipsi obligauit & pro pignere speciali designauit domum suam pirani cum omnibus iuribus habentijs & pertinentijs suis.

Concordium Agabiti & Simonis de laurana

Die VI mensis Augusti In statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Iudice Iuacio quondam blasij Teodoro quondam dominici omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Simon tolchouich de laurana per se suosque heredes & Agabitus georgij diraçich per se suosque heredes simul tale fecerunt pactum et concordium videlicet quod praedictus Agabitus singulo anno defalchare debeat libras XIII cum dimidio paruorum de summa expensarum quas praedictus Agabitus

fecit in aptando domum praefati Iudicis Simonis in dicta terra Fluminis uelut constat de summa expensarum publico Instrumento scripto manu Ser Dominici quondam Christofori de colalto anno domini 1432 Indictione decima die XXI mensis Augusti Quam quidem defalcationem librarum tresdecim cum dimidio debet incipere facere praedictus Agabitus de anno domini MCCCCXXXII Indictione decima die XXI mensis Augusti usque ad summam expensarum factarum in dicta domo Cassantes & annullantes praefati Iudex Simon & Agabitus omnes & singulas scripturas prius factas & omnia alia iura que quomodocunque essent contra praesens Instrumentum.

Procura Bogdane in Ambrosium radolich

Die XV mensis Augusti In statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Iudice Cosma radolich Prodano de pago omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Bogdana uxor doclegne de Iesnouich omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Ambrosium radolich praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi quomodocunque dare debenti in dicta terra Fluminis res & quecunque alia & de per eum receptis finem dimissionem transactionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit Coram regimine dicte terre Fluminis & alio quocunque Iudice ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c dans &c Promittens &c

Pro Agnia quondam Lucacij contra Matiasium de Iapre

Die XVI mensis Augusti In terra Fluminis Sancti Viti In statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito Matronich Venetiano bartoli de Cre-

gijno Blasio cerdone quondam Antonij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Matiasius quondam Marci de Iapre habitator dicte terre Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Agnie uxori quondam lucacij praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta boni auri & justi ponderis et tabulas segadicias centum bonas Et hoc pro quadam domo uendita dicto debitori a praefata creditrice Quam quidem pecunie quantitatem & tabulas dare & soluere promisit dictus debitor praefate creditrici per terminos infrascriptos videlicet dictas tabulas segadicias centum usque ad festum Sci georgij proxime futurum Et ducatos triginta usque ad tres annos proxime futuros sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefate creditrici obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Protestus ambrosij lustalar contra Iudicem Nicolaum

Die XVI mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Mateo çersato georgio de dreuenico radoslauo pilipario omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili Viro domino Mauro Vidonich honorabili Iudice dicte terre Fluminis comparuit Ambrosius lustalar de lubiana asserens & dicens qualiter per Iudicem Nicolaum sequestrati fuerunt sibi duo çabri olei existentis sub penore Ser Castelini & iam tribus vicibus misit pro oleo & ipsum habere non potuit hac causa et nunc sibi deficiunt in uegete olei duo çabri cum dimidio olei quod sibi redundat in maximum damnum & detrimentum Quapropter omnibus illis remedijs quibus magis ac melius potest & debet protestatus fuit contra praefatum Iudicem Nicolaum licet absentem ducatos uiginti auri pro dicto oleo & damno ac interesse secutis sibi hac de causa.

Pro Ser Adam de Firmo contra petrum cudoxelexo

Die XVII mensis Augusti In statione infrascripti creditoris in terra Fluminis Sancti Viti praesentibus Iacobo cigantich georgio glada & Radoslauo pilipario omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus cudo xelexo de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos tresdecim boni auri & iusti ponderis et soldos sexagintasex paruorum Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor praefato creditori dare & consignare promisit in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bullatum quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in ratione XIII ducatorum pro Miliari usque ad festum Sci Martini proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c

Pro Ser Adam de Firmo contra petrum cudoxelexo

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique quia Ser Adam Antonij de Firmo dedit & numerauit promptam pecuniam petro cudo xelexo pro certa ferri quantitate Idcirco praedictus petrus promisit & obligauit se ad dandum & consignandum in dicta terra Fluminis praedicto Ade tantum ferrum bonum & bullatum in ratione XIII ducatorum pro singulo miliari quantum ascendat ad quantitatem precij quatuor sarcinarum olei usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum Quod oleum accipere debet praefatus petrus a praedicto Adam pro illo precio quo accipiet Achatius & leonardus de Camenich quando dabit ferrum

Procura Nicolai raintalar in georgium paladinich

Die XVII mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Venerabili Viro domino presbytero mateo arcidiacono & ple-

bano dicte terre Fluminis presbytero georgio susich georgio sarctore quondam Stefani omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis Vir Nicolaus Rayntalar capitaneus Lourane tanquam procurator heredum quondam Ser Moysi de pago uelut constare affirmauit in actis cancelarie Pagi omni uia modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit sustituit procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem georgium paladinich de pago absentem sed tanquam praesentem Ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti pagi tam denarios quam res alias quascunque & de receptis per eum finem dimissionem quetationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Item ad vendendum & locandum omnes & singulas possessiones praefatorum heredum quondam Ser Moysi nomine ipsius sustituentis & ad contractus faciendum & ad obligandum bona praefatorum heredum supra quocunque contractu Item ad comparendum si opus fuerit Coram domine Comite pagi & quocunque alio officiali Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura praefatorum heredum producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c dans &c Promittens &c

Pro Andrea grassi de Arimino

Die XVIII mensis Augusti In statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich de dicta terra Fluminis Ser Rafaele Francisci de Fossambruno Pelegrino tabernario de Segna testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes Coliçe de segna confessus fuit qualiter in districtu Castri çersati coram Capitaneo Buchari querelam exposuit aduersus Andream Nicolai grassi de Arimino dicens & exponens qualiter dictus Andreas existens ad nundinas Sce Malgarite furtiue subtraxit sibi unam suam ancillam nomine Elenam quam in suo nauigio transportauit vltramare Qui Andreas respondit quod praefatam ancillam ipse nunquam subtraxit Sed quidam suus

famulus Sed uerum est quod eandem ancillam in suo nauigio vltramare transportauit Quapropter predictus Capitaneus condemnauit dictum Andream in ducatis quatuor auri & in expensis quas eidem Ancille fecit praefatus Iohannes eo quod ipsam taliter vltramare transportauerat Quos ducatos quatuor idem Andreas dedit soluit ac numerauit praedicto Capitaneo buchari & unum ducatum dedit ac numerauit praefato Iohanni Coliçe Et omnia & singula sic acta & gesta fuisse praefatus Iohannes dixit & affirmauit & etiam quampluribus personis clare patuit fidedignis.

Pro Iohanne Cçliça de Segna

Vltrascriptis die loco ac testibus Andreas Nicolai grasi de Arimino promisit & se solemni stipullatione obligauit Iohanni Coliçe de Segna qui cum dei gratia appullerit ariminum quod taliter cum effectu curabit facere & disponere & taliter faciet & disponet quod praefatus Iohannes sciet & clare sibi liquebit literis fidedignis Vbi Elena olim ancilla praefati Iohannis quam ipsi praedictus Andreas furtiue transportauit vltramare supra nundinis Sce Malgarite stabit & in quo loco & cum qua persona & quod est de ea.

Pro Mateo çersato & katarina uxore georgij de pisino

Die XX mensis Augusti In statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Antonio pertusano Teodoro quondam dominici Nicolao scabich testibus ad haec habitis & uocatis ac alijs Ibique katarina uxor georgij quondam Martini de pisino de voluntate mariti sui praesentis & consentientis fecit tale pactum & concordium cum Mateo çersato videlicet quod ipsa katarina debeat bene & diligenter nutrire & lactare filiam suam quam habuit cum Marco filio dicti Matei cersato usque ad unum annum Et ipsi katarine dare & soluere tenetur praefatus Mateus çersato libras decem & octo pro labore ipsius katarine pro uno anno & si accideret quod dicta katarina nutriret siue lactaret praefatam filiam suam vltra annum quod tunc dictus Mateus teneatur soluere praefate katarine pro labore rata pro rata solutionis vnius anni.

Pro Ser Georgio morganich de Iadra contra Iudicem Damianum

Die XXVII mensis Augusti in statione infrascripti Ser Raphaelis in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Nicolao quondam Antonij Ser Raphaele quondam Francisci de Fossambruno omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Damianus quondam Matei de Iadra habitator dicte terre Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota & cum obligatione omnium suorum bonorum per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Georgio quondam Flori morganich de Iadra praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum boni auri & justi ponderis mutui puri & ..... ari nomine Renuncians omnino exceptioni non habite non recepte & non numerate dicte quantitatis pecunie tempore praesentis contractus omnique alio suo iuri ac legum Auxilio Quos quidem ducatos centum dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet singulo anno in festo Sci Martini ducatos decem incipiendo facere hanc solutionem ab anno domini MCCCCXXXVIIII Et si dictus debitor praefato creditori non dederit nec soluerit singulo anno dictos ducatos decem in termino suprascripto uelut se obligauit quod tunc & eo casu praefatus creditor possit & valeat a dicto debitore petere & esigere totum debitum in quo dictus debitor eidem creditori obligabitur & pignera infrascripta sibi a praedicto debitore designata ponere ad publicum incantum & ipsa subastari facere secundum consuetudinem dicte terre Fluminis. Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit suam vineam positam in coxala iuxta Iudicem Vitum quondam Matchi & pastinum qui deueniet sibi de duobus pastinis quos idem debitor pastinauit fratrum monasterij Sci Augustini. Insuper praefatus creditor taliter conuenit cum dicto debitore videlicet quod si dictum debitorem mori contigerit sine filijs quod tunc & eo casu prefatus creditor possit & valeat ab heredibus dicti debitoris petere & exigere totum debitum in quo dictus debitor eidem creditori

obligabatur eo tunc quando morietur & suprascripta pignera incantari & subastari facere secundum consuetudinem dicte terre Fluminis

Accordatio Stefani cum Vito sarctore

Die XXVIII mensis Augusti In statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iacobo stenta georgio crastich sarctore Suetina quondam xupani omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus quondam Calmini de Delnic sponte libere se affictauit & accordauit cum Magistro Vito sarctore quondam georgij his pactis & conditionibus videlicet quod dictus Stefanus stare debeat cum praefato Vito octo annis proxime futuris & ipsi bene & fideliter seruire & obedire & Ipse Vitus dare teneatur & debeat dicto Stefano vitum & vestitum honestum & ipsum diligenter docere artem suam et in capite octo annorum habere debeat a praefato Vito unum Mantellum de rasia & ducatos quatuor auri pro suo salario & labore dictorum octo annorum

Finis Iudicis Iuacij & damiani quondam dragogne.

Die XXVIIIo mensis Augusti in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus venerabile viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis Ser Raphaele de fossambruno Iohanne Deminich de grobinico omnibus ciuibus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Iuacius quondam blasij per se & suos heredes & damianus quondam Ser dragogne de pago per se & suos heredes vnus alteri adinuicem fecit finem dimissionem transactionem & pactum de vlterius non petendo de omni debito iure & actione & de omnibus & singulis ad que unus alteri adinuicem quomodocunque tenebatur siue teneri poterat ex aliquo Instrumento uel scriptura siue aliqua ratione uel causa usque ad praesentem diem Et hoc quia uterque ipsorum fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum esse de omni debito re & de omnibus & singulis ad que unus alteri adinuicem actenus tenebatur siue teneri poterat quacunque ex causa Promittens unus alteri adinuicem solemnibus

stipullationibus hinc inde interuenientibus omnia & singula suprascripta habere firma rata & grata & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto.

Pro Martino aurifice contra Iohannem & Iacobum de Venetijs

Die XXXo mensis Augusti In statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Dominico quondam Iohannis a torculari Iohanne eius filio Bogdano quondam pauli de Iadra omnibus habitatoribus de Valle Medulini testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Iohannes quondam Ser Marci Sclaui de Venetijs et Ser Iacobus quondam Angeli habitatores Venetiarum ambo simul & in solidum sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Martino aurifici de Segna habitatori dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras septuaginta quinque paruorum Et hoc pro segadicijs a dicto creditore habitis Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt dicti debitores simul & in solidum praefato creditori per totum mensem octobris proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dicti debitores simul & in solidum obligarunt & pro speciali pignere designarunt Maluaticum quod habitant in dicta terra Fluminis ita & taliter quod uoluerunt praefato creditori solui de retratu dicti Maluatici solutis tamen prius ducatis XXV auri quos dicti debitores simul & In solidum dare debent Iudici Iohanni Misuli & Ser Angelino bonfioli Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis &c *)

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „MCCCCXXXVIII Indictione prima die XVIIII mensis nouembris cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti eo quod creditor fuit contentus & confessus sibi solutum & satisfactum fuisse a debitoribus praesentibus presbytero georgio susich & Ser Castelino de pensauro. Ego Antonius cancellarius scripsi."

Exemptio magistri blasij cerdonis

Die vltrascripto mensis octobris sub lobia comunis terre Fluminis Sci Viti vbi ius redditur Spectabilis Vir dominus Iacobus Raunacher Capitaneus Iudices & consiliarij terre Fluminis praedicte praeceperunt mihi notario infrascripto quatenus scribere et publicare deberem qualiter de mense Iulij proxime praeterito considerantes quod quelibet proficua persona debet aliquo prodotari beneficio ut loca bonis popullentur hominibus Idcirco discernentes quod magister blasius cerdo quondam Antonij est utilis persona dicte terre Fluminis & amantes quod habitet & stet illic eundem Magistrum Blasium receperunt in ciuem & ipsum fecerunt immunem & exemptum a qualibet colta dicte terre Fluminis usque ad decem annos proxime futuros solummodo & quod nullo modo teneatur esse portator literarum seu nuncius pro parte comunis dicte terre Fluminis vsque ad suprascriptum terminum

Exemptio Martini aurifici de segna

Die primo mensis nouembris In terra Fluminis Sci Viti In statione mei notarij infrascripti existentes Spectabilis vir dominus Iacobus Raunacher Capitaneus Iudex Maurus Vidonich Iudex paulus quondam Ser Marci Iudices ad praesens dicte terre Fluminis venerabilis vir dominus presbyter Mateus arcidiaconus & plebanus dicte terre Fluminis Iudex Iohannes Misuli Iudex Ambrosius quondam Ser Marci Iudex Stefanus roseuich Iudex Iuacius quondam blasij Iudex Marcus glauinich Iudex Vitus quondam Matchi Iudex Vitus barolich Iudex Nicolaus quondam Antonij Ser Stefanus blasonich Ser Tonsa quondam Ser Nicole omnes consiliarij dicte terre Fluminis Et considerantes quod Magister Martinus aurifex quondam dominici de segna est utilis persona dicte terre Fluminis & bonus vir discernentesque quod bonum est praefatam terram Fluminis bonis personis popullare Eundem Magistrum Martinum fecerunt immunem & exceptum a qualibet colta dicte terre Fluminis usque ad decem annos proxime futuros solummodo Et quod nullo modo teneatur esse portator literarum seu nuncius pro parte comunis dicte terre Fluminis usque ad suprascriptum terminum.

Pro Ser Adam de Firmo contra Eberardum de pensauro

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Ser Castelino de pensauro ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Eberardus quondam Francisci de pensauro sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum & quinque boni auri & justi ponderis et soldos XLV paruorum & hoc pro fasijs quadraginta duobus ferri habitis a dicto creditore Renuncians exceptioni non habite non recepte & non librate dicte quantitatis ferri omnique alij suo iuri ac legum auxilio Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per totum mensem Madij proxime futurum sub pena quarti qua soluta &c Et ad Maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor praefato creditori obligauit omnem singulam ac totam quantitatem vini quam habet in dicta terra Fluminis in manibus georgij cauponis de sagabria Nolens ac mandans dictus debitor praedicto georgio quatenus omnes & singulos denarios qui extrahentur de suprascripto vino dietim dare debeat praefato creditori usque ad integram satisfactionem suprascripti debiti Et si dictum vinum non venderetur usque ad suprascriptum terminum siue non satisfaceret praefato creditori quod tunc dictus debitor teneatur & debeat soluere in suprascripto termino sub pena praescripta Pro quibus omnibus & singulis sic &c

Pro Luca de Ragusio contra Gasparlinum

Die XXI mensis nouembris In statione mei notarij infrascripti praesentibus Nobili viro Iudice Iohanne Misuli Ser Castelino de pensauro ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Gasparlinus quondam Matlini sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suisque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere luce quondam blasij

de Ragusio libras uigintitres paruorum Et hoc pro vino habito a praefato creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per totum mensem praesentem siue magistro Tome remerio nomine ac vice praefati creditoris sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c

Pro Magistro Martino aurifice contra lucam dubich de Castua

Die vltimo mensis nouembris In statione infrascripti creditoris in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Cosma radolich Iudice Vito barolich Prodano de pago omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Lucas dubich de Castua sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Magistro Martino aurifici de segna habitatori dicte terre Fluminis praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti libras octuagintaseptem & soldos vndecim paruorum Et hoc pro denarijs & planchonis (?) habitis a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori tabulas segadicias in dicta terra Fluminis in ratione librarum sexdecim pro singulo centenario per terminos inter ipsos assignatos Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Compromissum Iudicis Viti barolich & Marse xupagne

Die VIII mensis decembris In terra Fluminis Sci Viti In statione infrascripti Ser Castelini praesentibus Petro filio Ser Antonij pertusano de Venetijs Vito matronich Mauro de Scurigna testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique cum inter Iudicem Vitum Barolich & dominam Marsam xupagnam iam diu verteretur ac uersa fuisset lis & controuersia Ideirco dicte partes optantes finem imponere promiserunt & compromiserunt Comuniter &

concorditer tam de iure quam de facto de omnibus ac singulis litibus questionibus differentijs quas quomodocunque uel quacunque causa simul habuerunt haberent & habere possent In ser Castelinum de pensauro Ser Prodanum de pago Martinum terçich et Blasium dictum Blasuta tanquam in arbitros arbitratores & amicabiles compositores Promittens una pars alteri adinuicem solemnibus stipullationibus hinc inde interuenientibus quicquid per dictos Arbitros arbitratores & amicabiles compositores dictum sententiatum terminatum seu arbitratum fuerit perpetuo se habituras firmum & ratum sub pena librarum centum paruorum cuius pene medietas sit & esse debeat comunis dicte terre Fluminis & altera medietas partis obseruantis & parentis.

Pro Iudice Nicolao contra Iacobum arar

Die Xo mensis decembris In statione infrascripti Iudicis nicolai creditoris In terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Radoslauo pilipario Martino morganich de Iadra testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus Arar de locha sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos tresdecim boni auri & iusti ponderis nomine Mutui quos dictus creditor mutuauit praefato debitori hac condicione & pacto uidelicet quod dictus debitor teneatur & debeat ab eodem creditore accipere usque ad carnis priuium proxime futurum sarcinas quatuor olei pro illo precio quo uendetur oleum in dicta terra Fluminis tunc quando accipiet praedictum oleum pro quo quidem oleo dare & consignare debet ferrum in dicta terra Fluminis in ratione XIII ducatorum pro Miliari. Et pro suprascripta quantitate pecunie dare debet ferrum in ratione duodecim ducatorum pro singulo miliari sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia &c

Pro Iudice Nicolao contra Iacobum arar

Vltrascriptis die loco ac testibus praescriptus Iacobus arar sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao suprascripto praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos viginti boni auri et iusti ponderis et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad medietatem quadragessime proxime futurae sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Protestus Iudicis pauli contra suos saginarios

Die XIIII mensis decembris in littore maris ante portam terre Fluminis Sci Viti praesentibus Prodano de pago & georgio glauinich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili Viro Iudice Iohanne Misuli Comparuit Iudex Paulus quondam Ser Marci asserens & dicens qualiter occassione suorum piscatorum perdiderat suum lintrum Quapropter protestatur contra eos de omni damno expensis ac interesse secutis & secuturis ocassione dicti lintri & hoc omni via modo iure & forma quibus magis & melius potest & debet.

Pro Iudice Nicolao contra Ser Tonsam

Die XVI mensis decembris In terra Fluminis Sci Viti In statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Castelino de pensauro Petromarino de Firmo Martino de Segna Aurifice testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Tonsa quondam Ser Nicole sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos octuaginta sex boni auri & iusti ponderis Et hoc pro oleo habito a dicto creditore de Mense praesenti Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum re-

surrectionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis Iudex Paulus quondam Ser Marci Ad preces dicti debitoris se constituit plegium fideiussorem & principalem debitorem praefato creditori cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum *)

Pro Adam de Firmo contra georgium terdo xelexo

Die XVIIII mensis decembris in statione infrascripti creditoris praesentibus Ser Castellino de pensauro Ser Rafaele de Fossambruno georgio Iudicis Stefani rusouich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius terdo xelexo de lubiana sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos uigintinouem boni auri & iusti ponderis Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor praefato creditori dare & consignare promisit in dicta terra Fluminis tot Schiopetos ferreos quot ascendant ad suprascriptam quantitatem pecunie pro precio inter ipsos conuento usque ad carnispriuium proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Iudice Nicolao contra Martinum bobach

Die XX mensis decembris in statione infrascripti creditoris praesentibus Martino morganich de Iadra

*) Cancellato, con in margine la nota: „1455 Die XVI mensis Iulij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Chirino mulçich Mochoro Seualich testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi

Veneciano de Cregnino testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus bobach de locha sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos duodecim auri & solidos septuaginta Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitore praefato creditori dare & consignare promissit In dicta terram Fluminis ferrum bonum & bullatum in ratione XIII ducatorum pro miliari usque ad Scum Georgium proxime futurum sub pena quarti Qua soluta &c Pro quibus omnibus & singulis &c

PROCURA IUDICIS PAULI IN GEORGIUM FILLACANOUAM

Die XXI mensis decembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Stefano blasonich georgio glauinich Mochoro seualich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex paulus quondam Ser Marci de dicta terra Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Georgium fillacanouam quondam Martini habitatorem Venetiarum praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum verum et legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A Mateo de Subinico habitatore Venetiarum omnem & singulam pecunie quantitatem res & quecunque alia Venetijs & de per eum receptis finem dimissionem transactionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quibuscunque officio ac Iudicibus Venetiarum Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum ac recipiendum terminos ac dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia &c Dans &c Promittens &c

1439

Pro Iudice Nicolao contra Fortem de Curçula

In Christi nomine amen anno natiuitatis eiusdem Millesimo quadrigentessimo trigessimo nono Indictione secunda die uigessimo quinto mensis decembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Rafaele de Fossambruno Toma remerio de bucharo ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Forte de Curçula sponte libere ex certa scientia omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao quondam Antonij praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos uigintinouem boni auri & iusti ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per totum mensem Marcij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.*)

Pro Damiano de Albona contra Mateum cersatum

Die XVIIII mensis Ianuarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Vito domini Arcidiaconi Blasio cerdone ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Mateus cersato sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus &

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die 19 mensis Aprilis Ego Antonius de reno cancelarius cancelaui & aboleui presens Instrumentum debiti eo quod dictus creditor fuit contentus & confessus sibi integre solutum a dicto debitore praesentibus venerabile viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis & Iudice Mauro Vidonich.

confessus se iuste teneri & dare debere Damiano quondam Ser Dragogne de pago praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos quinque boni auri & iusti ponderis minus octo soldis Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum annunciationis beate Marie Virginis de mense Marcij proxime futuri sub pena quarti Renuncians omnibus saluisconductibus tam factis quam fient ac omnique alij suo iuri ac legum auxilio protestatus fuitque dictus creditor pro singulo itinere suo quod faciet causa dictorum denariorum elapso termino ducatum vnum Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit

Pro Agabito absolutio a petitione quirini Milçich

Die XXo mensis Ianuarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti Nobiles Viri Iudex Iohannes Misuli & Iudex Vitus quondam Matchi praeceperunt mihi quatenus scribere deberem qualiter dederunt terminum Quirino Milçich qui dixerat & quaerelam exposuerat aduersus Agabitum qui acceperat sibi quoddam Signale rectium araçijs quod per totam diem lune proxime praeteritam probare deberet quod esset ipsius siue eius auunculi pauli bunich aliter absoluerent ipsum Agabitum & sic ipsum absoluerunt a petitione praedicti Quirini quia non comparuit in termino nec alius suo nomine nec aliquid probauit.

Querela Iudicis Nicolai & presbyteri Iohannis fratrum & filiorum quondam Antonij

Die XXII mensis Ianuarij In Sacrastia Sce Marie terre Fluminis Sci Viti Coram venerabili viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano ac Capitulo terre Fluminis Comparuit presbyter Iohannes quondam Antonij & Iudex Nicolaus eius frater quaerelam exponentes aduersus presbyterum Mateum Lepanich in eo de eo & super eo quod dum dictus presbyter Iohannes esset in publica platea terre Fluminis praedicte prope lobiam praedictus presbyter Mateus per iniuriam dixit sibi Tu es filius iniqui patris & infidelis & tuus

pater fuit cassatus a dominio terre Fluminis quod non erat dignus credi duobus denarijs

Eadem die & hora praefatus presbyter Mateus ad suam defensionem interrogatus a praelibato domino arcidiacono dixit & confessus fuit se praedicto presbytero Iohanni dixisse omnia & singula in suprascripta querela contenta & ipsa uult probare esse vera per omnes consiliarios praedicte terre Fluminis.

Testificatio consiliariorum in fauorem Iudicis Nicolai micholich

Die XXIII mensis Ianuarij sub lobia comunis vbi ius redditur Coram Spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher capitaneo dicte terre Fluminis necnon Coram venerabili viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis Infrascripti consiliarij fuerunt producti in testes super suprascripta querela Et primo Iudex Iohannes Misuli Iudex Vitus quondam Matchi Iudex Ambrosius quondam Ser Marci & eius frater Iudex paulus Iudex Marcus glauinich Iudex Stefanus rusouich Iudex Bartolus glauinich Iudex Iuacius quondam blasij Iudex Maurus Vidonich Iudex Cosmas radolich Iudex Vitus barolich Ser Stefanus barolich & Ser Tonsa quondam Ser Nicole testes producti examinati & Sacramentati a suprascripto domino Iacobo & interrogati si quid scirent in suprascripta causa omnes unanimiter & concorditer nemine eorum discrepante dixerunt & testificati fuerunt qualiter sunt octo anni uel circa quibus petrus glauinich eandem iniuriam dixit Iudici Nicolao quondam Antonij praefato & obtulit se probaturum & tandem facta querela dictus petrus probare non potuit & tamdiu in carceribus stetit quamdiu gratiam a patre praedictorum presbyteri Iohannis & Iudicis Nicolai habuit & condemnatus pro ea iniuria soluit comuni Et vltra hoc dixerunt & testificati fuerunt quod dictus olim Antonius pater praedictorum fuit bonus vir & fidedignus et ab omnibus talem semper fuit reputatus Et vltra haec Iudex Maurus praescriptus dixit & testificatus fuit quod dictus olim Antonius propter defectum Cancelarij dedit sibi duos soldos quod deberet scribere qualiter praefatus petrus qui dixerat sibi iniuriam fuit castigatus & punitus ac etiam condemnatus

pro dicta iniuria quia illam probare non potuit & in mendacio inuentus fuit.

Pars capta in generali consilio totius populi pro trebiano & nundinis

Die XVIII mensis decembris in Ecclesia Sce Marie terre Fluminis Sci Viti In pleno & generali consilio totius populi terre Fluminis more solito congregato proposite fuerunt alique res per venerabilem virum dominum presbyterum Mateum arcidiaconum & plebanum dicte terre Fluminis videlicet si vellent quod rogarent nuncios domini Magnifici domini nostri de Valse quod ipsi nuncij supplicarent domino nostro quod de gratia speciali concederet quod fierent nundine singulo anno semel libere & franche. Item quod dominus ipsis concederet quod vina de partibus Marchie & Vltramarinis nequeant vendi ad tabernam usque ad festum Sci georgij Quibus propositis praefatus dominus arcidiaconus interrogauit sigillatim omnes ibidem existentes si vellent quod rogarent nuncios suprascripti domini nostri pro suprascriptis rebus vnde vltra quam due partes populi ibidem fuerunt contenti quod peteretur ut supra

Pro Iudice Vito çouanich aduersus Vitum sarctorem

Die XXIII mensis Ianuarij In statione mei notarij infrascripti In terra Fluminis Sancti Viti praesentibus venerabili viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis Iudice Mauro Vidonich & Vito domini arcidiaconi omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus sarctor quondam georgij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Vito çouanich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras octuaginta nouem & solidos vndecim paruorum Et hoc pro vino habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Martini proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cau-

tellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit suam domum quam habet in platea dicte terre Fluminis & suam vineam na ponxal.

Pro Margarita uxore Tomacij

Die XXX mensis Ianuarij sub lobia Comunis ubi ius redditur Ibique Coram domino Capitaneo iudicibus & consilio terre Fluminis Sci Viti Tomaç confessus fuit qualiter quando duxit Margaritam in uxorem donauit filijs quos dicta Margarita cum ipso haberet medietatem sue vinee posite in loco dicto vubulçe iuxta vineam Sci Iacobi a prelucha cum omnibus eius habentijs & pertinentijs.

Testificatio in fauorem Teodori quondam dominici

Die XXXo mensis Ianuarij sub lobia comunis vbi ius redditur Ibique Coram Spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher honorabili capitaneo terre Fluminis Sci Viti Iudicibus & consilio Venerabilis vir dominus presbyter Mateus arcidiaconus & plebanus terre Fluminis Sci Viti & Iudex Ambrosius quondam Ser Marci testes producti per Teodorum quondam dominici in eo de eo & super eo quod petrus glauinich dixit sibi per iniuriam quod vendiderat matrem suam dixerunt & testificati fuerunt qualiter Martinus Iudu capitaneus Castri noui rogauit Iudicem Ambrosium praefatum & dominum presbyterum Ambrosium (*sic*) arcidiaconum Iudicem Vitum zouanich & paulum quondam Matchi qui deberent rogare Teodorum praefatum quod vellet sibi parcere & quod ipse volebat facere quicquid ipsi volebant Vnde precibus praefatorum quatuor uirorum dictus Teodorus cum difficultate eidem pepercit cum hac condicione quod idem Martinus teneretur emere vnum calicem pro duodecim ducatis ecclesie Sce Marie pro anima matris dicti Teodori Quapropter praefati capitaneus Iudices & consiliarij posuerunt penam quinquaginta librarum quod nullus praefato Teodoro audeat dicere talem iniuriam.

Pro Vito Matronich contra Maurum basmiçich

Die nono mensis Februarij in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Georgio glada pilipario

Paulo Vidotich Domigna de Grubinico omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Maurus quondam Ser Nicole sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Vito matronich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras uigintinouem paruorum Et hoc pro tabulis segadicijs venditis dicto debitori a praefato creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti. Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c

Pro Gulielmo de bergamo contra Vitum sarctorem

Die decimo mensis Februarij In statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito domini Arcidiaconi georgio Iudicis Stefani de dreuenico omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Magister Vitus quondam georgij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Gulielmo quondam Antonij de Bergamo habitatori Albone libras triginta tres & soldos decem & septem paruorum Et hoc pro panno habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Cessantes ambe partes & annullantes omnem & singulam scripturam cirographum & instrumentum que essent ante praesens Instrumentum debiti Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter &c *)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1440 Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris die XXII mensis Ianuarij Praesentibus Petro glauinich Vito matronich testibus &c“

Pro Adam de Firmo contra Martinum çerch

Die vndecimo mensis Februarij In statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Stefano rusouich Blasio cerdone quondam Antonij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus çerch de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum & sex auri & soldos nonaginta septem paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor praefato creditori dare & consignare promisit tot clauos fereos in dicta terra Fluminis quot ascendant ad suprascriptam pecunie quantitatem per terminos infrascriptos videlicet medietatem dictorum clauorum usque ad festum Sci Georgij proxime futurum & residuum usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum pro quibus omnibus &c *)

Pro Adam de Firmo contra Marinum filium cociani de los

Die XIII mensis Februarij in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus georgio petriçich Iohanne sarctore de Alemania ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Marinus filius Quociani de los sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos vndecim auri boni & iusti ponderis & soldos quinquaginta octo paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus de-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die 12 mensis octobris Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus testibus Curilo de la cupriua & Toscano quondam çanobi“

bitor praefato creditori usque ad festum annunciationis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c *)

Pro dicto Adam et Vrbano cresanich de Cranburch

Die XVIIII mensis Februarij in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Paulo Vidotich barbitonsore Simone Violich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Adam Antonij de Firmo taliter conuenit & pactum fecit cum Vrbano crisanich de Cranburch videlicet quod dictus Vrbanus debeat & teneatur dare & consignare in dicta terra Fluminis falces ducentas dicto Ade tales quales nunc ipsi vendidit pro foro & precio ducatorum decem & octo auri usque ad festum Sci georgij proxime futurum et dictus Vrbanus accipere teneatur a praefato Adam çabros quatuor olei pro illo precio quo tunc vendetur ab alijs mercatoribus in dicta terra Fluminis in foro dictarum falcium & pro residuuo praedictus adam dare debeat promptam pecuniam Et nomine are et capare dicti fori dictus Vrbanus fuit confessus se habuisse ac recepisse a dicto Adam ducatum unum auri Pro quibus omnibus &c **)

Protextus capituli contra presbyterum Marcum radolich

Die XX mensis Februarij ante portam terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice paulo quondam Ser Marci Ser Castelino de pensauro Iacobo micholich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die XXIII mensis Marcij Ego Antonius cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti de voluntate & consensu creditoris praesentibus testibus venerabili viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano & Iudice Mauro Vidonich“

**) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die 19 mensis Aprilis Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum de voluntate & Consensu utriusque partis praesentibus georgio diraçich et georgio petriçich“

Spectabili viro domino Iacobo Raunacher honorabili capitaneo dicte terre Fluminis Comparuerunt venerabilis vir dominus presbyter Mateus arcidiaconus & plebanus dicte terre Fluminis dominus presbyter Gaspar filius Iudicis Ambrosij presbyter Iohannes micholich nomine ac vice totius capituli asserentes & dicentes qualiter dederunt ad liuellum presbytero Marco radolich duas vineas positas in districtu Fluminis in loco dicto reçiça in vita sua tantum hac condicione quod ipsas bene & diligenter laborare debeat secundum consuetudinem dicte terre Fluminis et quia ipsis relatum est quod dicte vinee non laborantur bene nec diligenter secundum pacta insimul habita Idcirco omnibus melioribus modo & forma quibus possunt protestantur pro dictis vineis ducatos centum auri praesente ibidem dicto presbytero marco & dicente ac respondente quod omnibus datum est protextari & nulli prohibetur

Protextus Matei çersati contra Ser Mateum

Die XXI mensis Februarij ante portam terre Fluminis Sci Viti sub Arbore praesentibus Iudice Stefano rusouich georgio mladonich Bartolomeo Antonij de Firmo testibus ad hec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili Viro Iudice Iohanne Misuli comparuit Mateus cersato asserens & dicens qualiter sua Sagena propter cursum aquarum deuenit super Anchoram Ser Matei quondam Ser donati & nunc dictus Ser Mateus fecit leuare Anchoram & noluit expectare quominus tempus foret bonum vnde dictus Mateus cersato non potuit suam habere Sagenam nisi aliquam partem vnde non poterit piscari Quapropter omnibus illis remedijs quibus melius potuit protestatus fuit dictus Mateus çersato contra praefatum Ser Mateum quondam Ser donati licet absentem ducatos quadraginta pro lucro quod ipsi fuisset secutum pro dicta Sagena.

Finis pro Tonsa & paulo conopse de ribiniça

Die secundo mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Nicolao micolich Ser Castelino de pensauro omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique

Paulus conopse de ribiniça per se suosque heredes ac nomine & vice crestani eius fratris et Ser Tonsa quondam Ser Nicole de dicta terra Fluminis per se & suos heredes vnus alteri adinuicem fecit finem dimissionem transactionem & pactum de vlterius non petendo de omni debito iure & actione & de omnibus & singulis que vnus alteri adinuicem quomodocunque tenebatur siue teneri poterat aliquo Instrumento uel scriptura aliqua ratione uel causa usque ad praesentem diem Et hoc quia uterque ipsorum fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum esse de omni debitore & de omnibus & singulis ad que vnus alteri adinuicem actenus siue teneri poterat quacunque ex causa Promittens vnus alteri adinuicem solemnibus stipullationibus hinc inde intervenientibus omnia & singula suprascripta firma rata & grata habere tenere & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto Sub pena dupli eius quod peteretur.

Pro Iudice Vito quondam Matchi contra Rauinum

Die XIIII mensis Marcij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Castelino de pensauro Teodoro quondam dominici Georgio glauinich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis Ibique Rauinus quondam Iudici Martini de pago sponte libere ex certa scientia non per errorem fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Vito quondam Matchi praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras triginta octo paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omne beneplacitum ipsius creditoris Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem designauit & pro speciali pignere designauit partem suam vinee posite nacoxal iuxta Iudicem Iohannem Misuli.

Pro Mateo çersato

Die XVII mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Angelino bonfioli de Florentia Ser Rafaele de fossambruno Teodoro quondam dominici omnibus habitatori-

bus dicte terre Fluminis testibus ad haec vocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro domino Iohanne Misuli honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Mateus Çersato asserens & dicens qualiter hesterna die quae fuit XVI huius mensis incepit piscari cum sua Sagena que dillacerata fuit per nauigium Ser Matei quondam Ser donati & Supplicans ipsi domino Iudici mandaret mihi notario infrascripto quod hoc scriberem Sicquid de Mandato ipsius domini Iudicis scripsi

Pro Iudice Mauro contra Iacobum arar

Die praescripto In statione infrascripti Ser Antonij In terra Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Antonio pertusano de Venetijs Mateo cersato Toschano quondam zanobij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus arar de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Mauro Vidonich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos viginti vnum & soldos nonaginta sex paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Pro Qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori tantum ferrum bonum & bullatum quod ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in ratione ducatorum XIII pro singulo Miliari usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus *)

Pro Adam de Firmo contra Quocianum de los

Die 26 mensis Marcij In statione mei notarij infrascripti praesentibus Venerabili Viro domino presbytero Mateo arcidiacono e plebano terre Fluminis praedicte Ser Ca-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die XV mensis Iulij Ego Antonio de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus testibus Georgio Iudicis Stefani rusouich & Antonio roseuich.“

stelino de pensauro ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quocianus de los sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos uiginti auri & soldos septuaginta quinque paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. Pro quibus omnibus &c

Procura Quirini parcich de Vegla in Tomam remerum de bucharo

Vltrascriptis die ac loco praesentibus testibus Iudice Vito quondam Matchi Vito matronich Quirinus quondam georgij parçich de Vegla omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Tomam remerum de bucharo suum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem specialiter ad exigendum & recuperandum a lucia olim uxore pauli bachie omnem & singulam quantitatem pecunie res & quaecunque alia & de per eum receptis finem dimissionem transactionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes instrumenta &c Et generaliter &c dans &c Promittens &c

Procura Fratris pauli de ordine Sci Antonij in Matiasium

Die XXVI mensis Marcij ante portam terre Fluminis Sci Viti a mari praesentibus Nobili viro Iudice Iohanne Misuli Ser Castelino de pensauro Adam Antonij de Firmo omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Frater

Societas inter quirinum de Veglam & Tomam remerum

Die XXVI mensis Marcij in Statione infrascripti Ser Rafaelis praesentibus Ser Castelino de pensauro Ser Rafaele de Fossambruno Dominico carpentario de Iadra omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quirinus quondam georgij parçich de Vegla & Tomas remerius de bucharo simul tales fecerunt consortium & Societatem videlicet quod praefatus quirinus debeat dare pecuniam & dictus Tomas debeat emere remos prout ipsi melius uidebitur & quicquid lucri seu damni quod absit consequetur diuidi debeat inter ipsos paribus portionibus Praefatus autem Tomas coram testibus suprascriptis fuit contentus & confessus habuisse ac recepisse a praefato Quirino in suprascripta societate ducatos auri triginta quatuor.*)

Pro Ser Riçardo de Firmo contra Voricum de labaco

Die 17 mensis Aprilis In Statione Iudicis Nicolai in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iacobo micholich & Venetiano de Cregnino omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vorichus de lubiana piliparius sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Riçardo quondam lodouici de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos trecentum & septuagintanouem boni auri & iusti ponderis et soldos octuaginta septem paruorum Et hoc pro oleo ac denarijs promptis habitis a Petro Marino de Firmo Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori tantum ferrum bonum & bullatum quantum & quod ascendat ad supradictam quantitatem pecunie in ratione ducatorum XIII

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die 29 mensis octobris Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum Societatis de voluntate utriusque partis praesentibus Iudice Mauro Vidonich georgio cersatich et laurentio quondam blasij marinario“

pro singulo miliari ferri per terminos infrascriptos videlicet Miliaria duodecim ferri usque ad festum pentecostes proxime futurum & residuum usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis &c *)

Pacta Ade de Firmo & Vrbani de cranburch

Die XVIIII mensis Aprilis in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus georgio diraçich & georgio petriçich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vrbanus Cresinich de Cranburch taliter conuenit cum Adam Antonij de Firmo videlicet quod dictus Vrbanus dare & consignare teneatur dicto Ade falces 200 bonas a seccando in ratione decem & octo ducatorum auri pro singulo centenario & dictus Vrbanus teneatur & debeat accipere a dicto Adam çabros olei 4 & pro residuo habere debeat promptam pecuniam Quas falces dare teneatur usque ad festum natiuitatis domini nostri Iesu Christi proxime futurum Et dictus Vrbanus recepit a dicto Adam pro ara ducatum vnum auri Pro quibus omnibus &c

Pro Iudice Nicolao contra Erman cresinich

Die XXVI mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Vito barolich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Erman Cresinich de Cranburch taliter conuenit cum Iudice Nicolao micholich videlicet quod dicto Iudici Nicolao dare & consignare teneatur falces 200 bonas a seccando in ratione ducatorum decem & octo auri usque ad festum natiuitatis domini nostri Iesu Christi proxime futurum Et recipere debeat pro dictis falcibus a dicto Iudice Nicolao

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die X septembris Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui praesens Instrumentum debiti de consensu & voluntate Iudicis Nicolai micholich vice & nomine Ser Riçardi creditoris praesentibus Adam de Firmo & Bartolomeo eius fratre ac prodano de pago.“

çabros sex olei pro illo precio quo accipiet frater dicti Ermani Ab Adam Antonij de Firmo & pro residuo promptam pecuniam Et dictus Erman pro ara falcium recepit a dicto Iudice Nicolao ducatum vnum auri Pro quibus omnibus &c

Pro Adam de Firmo contra Vorichum piliparium de lubiana

Die praescripto In statione infrascripti creditoris praesentibus Nobili Viro Iudice Iohanne Misuli Vito matronich & Iacobo cigantich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vorichus piliparius de lubiana sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quatricentos & decem & octo boni auri & iusti ponderis & hoc pro oleo ac denarijs contatis habitis a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & soluere promisit ac consignare in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bullatum de ospergo quod & quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in ratione XIII ducatorum pro singulo Miliari usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.*)

Pro Iudice Nicolao micholich contra Vorichum de lubiana

Die XXVII mensis Aprilis In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Agabito diraçich Iohanne dicto Iagnac ambobus de dicta terra Fluminis Mengulo de Arimino testibus ad haec uocatis & ro-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die X mensis septembris Ego Antonius de reno cancelaui praesens Instrumentum debiti de consensu partium praesentibus Iudice Nicolao Micholich Iacobo eius fratre & Prodano de pago“

gatis ac alijs Ibique Vorichus piliparius de lubiana sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micholich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus et successoribus ducatos centum & quadraginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bullatum de Ospergo quod & quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in ratione XIIIcim ducatorum pro singulo miliari usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c *)

Procura Ser Fortes de Curçula in Vitum matronich

Die XXVIII mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Ser Stefano quondam blasij Simone pilar omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Forte Antonij de Curçula omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Vitum matronich de dicta terra Fluminis absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem in omnibus litibus & placitis quas habet siue habere intendit cum luca Michaelis de Ragusio occasione cuiusdam Noliçatus Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes & omnes scripturas & alia iura producendum sententias audien-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die X.o mensis septembris Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti de voluntate & consensu creditoris praesentibus Adam de Firmo & Prodano de Pago“

dum & eas executioni mandare faciendum Et ad componendum paciscendum compromittendum laudum & arbitrium audiendum & persequendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda & gerenda &c Dans & Promittens &c

Pro luches contra Mateum cersato

Die quinto mensis Madij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Paulo merçario testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Mateus cersato de terra Fluminis Sci Viti sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere luce quondam Iohannis de posana praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras quadraginta octo paruorum Et hoc pro Segadicijs habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet medietatem usque ad festum Sci Viti proxime futurum & residuum usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum Et ad preces dicti debitoris Iudex Paulus quondam Ser Marci se constituit Plegium fideiussorem & principalem debitorem praefato creditori Qui Mateus cersato promisit dicto Iudici Paulo Plegio & fideiussori ipsum indemnem conseruare a suprascripta fideiussione eidem Iudici Paulo designans ad maiorem cautellam pro pignere speciali suam domum pro suprascripta fideiussione

Pars capta quod nulla persona audeat aliquam personam conducere extra terram Fluminis

Die octaua mensis Madij per dominum capitaneum iudices & consiliarios terre Fluminis Sci Viti existentes in statione mei notarij infrascripti Capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet quod nulla persona cuiuscunque condicionis existat audeat uel praesumat aliquam personam forensem onerare in splagia siue in Fluuio terre Fluminis praedicte uel eius districtu pro conducendo ad loca alliena sine licencia regiminis sub pena librarum quadraginta pro singula persona cuius pene quarta pars sit accusatoris. Quam partem vltrascriptis die ac

mense exclamare fecerunt per georgium publicum preconem in locis assuetis ut moris est

Exemptio Vorici

Vltrascriptis loco ac die praesentibus testibus Georgio glauinich Martino Violich blasuta quondam petri omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis Spectabilis ac generosus vir dominus Iacobus Raunacher capitaneus Nobilis vir Iudex Iohannes Misuli Iudex ad praesens dicte terre Fluminis venerabilis vir dominus presbyter Mateus arcidiaconus & plebanus Iudex Ambrosius quondam Ser Marci Iudex Stefanus rusouich Iudex Marcus glauinich Iudex Bartolus glauinich Iudex Maurus Vidonich Iudex Cusma radolich Iudex Vitus barolich Iudex Nicolaus Micholich Ser Stefanus quondam Blasij & Ser Tonsa quondam Ser Nicole omnes consiliarij dicte terre Fluminis considerantes quod bonum et vtile est dictam terram Fluminis bonis personis populare Vorichum maritum marie xelexenicoue fecerunt imnumem & exemptum a qualibet colta dicte terre usque ad decem annos proxime futuros tantum Et quod nullo modo teneatur esse portator literarum seu nuncius pro parte comunis dicte terre Fluminis usque ad suprascriptum terminum decem annorum.

Pena missa presbytero Martino de bucharo & Ser Tonse quondam Ser Nicole pro Molendino

Vltrascriptis die loco ac testibus Praefatus dominus capitanens Iudices & consiliarij praeceperunt presbytero Martino de bucharo habitatori cersati & Ser Tonse quondam Ser Nicole quod usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum debeant coprire & bene aptare Molendinum Fraternitatis Sce Marie de dicta terra Fluminis & ecclesie Sce Marie de cersato hoc est uterque pro rata sua sub pena librarum vigintiquinque paruorum.

Pro domina Barbara uxore quondam domini Matlini

Die decimo mensis Madij in littore maris ante portam terre Fluminis Sancti Viti praesentibus Nobilibus Viris Iudice Iohanne Misuli Iudice

Ambrosio quondam Ser Marci Iudice Stefano ruseuich Iudice Nicolao micholich Iudice damiano quondam Matei omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus quondam bartuli de gaçscha per se suosque heredes ac vice & nomine Ambrosij et Cusme fratrum suorum & eorum heredum pro quibus promisit de rato & rati habitione de omnibus & singulis infrascriptis fecit domine Barbare uxori quondam domini Matlini de Vragna pro se suisque heredibus stipullanti pacem quietationem remissionem & pactum de ulterius aliquid non petendo specialiter de interfectione Bartuli patris praedictorum Martini Ambrosij & Cusme ac de omni & singula alia causa Et hoc ideo quia dictus Martinus nominibus quibus supra fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a praedicta domina Barbara ducatos trigintaquinque boni auri & iusti ponderis occasione interfectionis praefati Bartoli patris sui ut faciat fieri orationes elimosinas pro anima praefati patris sui Remittensque dictus Martinus nominibus quibus supra praedicte domine barbare omnem et singulam iniuriam quomodocunque ipsis seu alteri ipsorum actenus illatam tam propter mortem patris sui quam ex alia quacunque causa Promittensque dictus martinus per se suosque heredes ac vice & nomine Ambrosij et cusme fratrum suorum & eorum heredum praedicte domine Barbare pro se suisque heredibus stipullanti litem quaestionem uel controuersiam aliquam ei uel suis heredibus praedictorum occasione ullo tempore non inferre nec inferenti consentire Sed potius omnia & singula suprascripta perpetuo firma & rata habere tenere & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione uel ingenio de iure uel de facto sub pena dupli dicte quantitatis pecunie stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iohanne de Vladena de Vegla contra Stefanum mortath

Die XIII mensis Madij In Statione Ser Matei quondam Ser donati praesentibus Presbytero Iohanne de Vegla Iudice Ambrosio quondam Ser Marci Iudice Nicolao micholich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique

Stefanus mortath sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iohanni de Vladena de Vegla praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras uigintiseptem & soldos octo pro puro debito & libras decem pro expensis Et hoc pro resto & complemento vnius debiti librarum septuaginta septem & soldorum octo paruorum Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Michaelis de mense septembris sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c.

Pro Iudice Nicolao contra Stefanum mortath

Vltrascriptis die ac loco praesentibus presbytero Gaspare Ser Tonsa quondam Ser Nicole ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus mortath sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micholich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum & quindecim paruorum nomine mutui Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor praefato creditori obligauit & pro speciali pignere designauit suam vineam in borgud.

Procura Luce de Ragusio in Bartolomeum de Firmo & Luchesium

Die XXII mensis Madij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus presbytero Iohanne de Vegla Martino terçich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Lucas blasij de Ragusio omni via modo iure & forma quibus magis & melius potuit fecit constituit creauit & ordinauit Bartolomeum Antonij de Firmo & Lucam quondam Iohannis de posana & quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis condictio non existat sed quod vnus incepit alius

mediare prosequi & finire possit suos procuratores actores factores & certos nuncios speciales specialiter ad exigendum & recuperandum a Gasperlino quondam domini Matlini libras uigintitres paruorum & de per eos receptis finem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit Coram regimine terre Fluminis & quocunque alio Iudice Ad Agendum petendum &c Et generaliter ad omnia alia &c Dans &c Promittens &c

Procura Iudicis Iohannis Misuli in Ser Andriolum de Arbo

Die XXIIIo mensis Madij In littore maris ante terram Fluminis Sci Viti praesentibus Martino terçich Teodoro quondam dominici Cola de pensauro omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis Vir Iudex Iohannes Misuli ciuis dicte terre Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Nobilem Virum Andriolum filium nobili Viri Ser Christofori de demina de Arbo absentem sed tanquam praesentem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem Presertim in omnibus & singulis eius causis litibus placitis controuersis quas habet uel habiturus est cum Damiano dicto Stibor de Scrisa & Dismano luçich de pago & ad exigendum ab eis seu alteri eorum omnem & singulam quantitatem pecunie res & quaecunque alia & de per eum receptis finem dimissionem transactionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque rectore ac iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum ac eis respondendum lites contestandum exceptiones proponendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum Sententiam unam uel plures audiendum & eam uel eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda que in praedictis &c Dans &c Promittens &c

Pro petro de senis factore Ser Iohannis de Galianis de Arimino

Die XXVIII mensis Madij In terra Fluminis Sci Viti in Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Tonsa quondam Ser Nicole Stefano callelli de Ancona Martino quondam Dominici de Segna omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique cum verteretur lis & controuersia Inter petrum de senis tanquam rerum gestorem nobilis viri Ser Iohannis de Galianis de Arimino ex vna parte & Paulum cimalem de Murano patronum nauigij ex altera eo quod praefatus petrus dicebat quod praedictus Ser Iohannes onerauerat in nauigio dicti Pauli capita quinquaginta sex vini & ipse paulus asserebat capita onerata in nauigio fuisse tantum quinquaginta quinque quorum tria exonerata fuerunt chersi & LII in terra Fluminis praedicta Vnde praefate ambe partes volentes parcere expensis ad tale peruenerunt concordium. Videlicet quod si praefatus Ser Iohannes probauerit quod onerauerit in nauigio dicti Pauli capita vini quinquaginta sex quod dictus Paulus eo casu soluere teneatur praedicto Ser Iohanni caput vnum vini sin autem quod dictus Paulus sit absolutus A petitione praefati petri in qua petebat nomine quo supra caput vnum vini.

Vltrascriptis Millesimo Indictione die ac testibus suprascriptis paulus cimal fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum fuisse a praefato Petro de senis pro suo naulo.

Protestus Ser Iohannis de Galianis de Arimino

Die nono mensis Iunij In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Iudice cosma radolich Iudice Vito barolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram nobilibus viris domino Iohanne Misuli & domino Vito quondam Matchi honorabilibus Iudicibus ad praesens dicte terre Fluminis comparuit Prudens Vir Ser Iohannes de galianis de Arimino asserens & dicens qualiter Arimini nauliçauit Paulum quondam benedicti Cimalis de Murano quod deberet venire Segnam aut ad terram Fluminis praedicta ubi placebit praefato Ser Iohanni

& alteribi exonerare vinum dicti Ser Iohannis & deinde expectare debebat praefatum Ser Iohannem nouem diebus aut Segne aut in dicta terra Fluminis qui Ser Iohannes nauigium praedicti Pauli debebat onerare lignaminibus que lignamina dictus paulus cum suo nauigio conducere debebat Ariminum ad nundinas Sancti Iuliani cum dei adiutorio Et quia nunc praedictus Paulus exonerato vino praefati Ser Iohannis onerauit suum nauigium mercancijs Ser Riçardi de Firmo & vadit Firmum & sibi non seruat pacta simul habita velut clare constare dixit per Nauliçatum scriptum manu praefati Pauli quod praefato Ser Iohanni in magnum reuertitur preiudicium & detrimentum cum ipse Ser Iohannes iam praeparauerat lignamina pro onere nauigij dicti pauli & etiam sit paratus dicto Paulo seruare omnia & singula pacta simul habita & dicto Paulo dixerit quod omnia lignamina pro suo onere sint parata & ipsa detulerit lignamina dicto Paulo & dictus paulus responderit quod ipsa lignamina onerare non poterat quia habebat aliud naulum Idcirco praefatus Ser Iohannes omnibus & singulis remedijs quibus magis ac melius fieri poterat protestatus fuit contra praedictum paulum ibidem praesentem omne & singulum damnum interesse & expensas que passus est ac patietur ob hanc causam Coram suprascriptis dominis Iudicibus

PROTESTUS PRESBYTERI GEORGIJ SUSICH

Die XI mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sancti Viti praesentibus Ser Riçardo de Firmo Ser Castelino de pensauro testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili Viro Iudice Iohanne Misuli comparuit presbyter georgius susich asserens & dicens qualiter emit vnum rasorium A Iusto Vidotich barbitonsore pro soldis XIIII & quod dicto Iusto dedit dictos XIIII soldos & nunc dictus Iustus nec uult sibi dare denarios nec rasorium Quapropter Coram dicto domino Iudice protestatus fuit aduersus dictum Iustum licet absentem sed tanquam praesentem pro itinere quod faciet ob hanc causam

PRO ÇUPANO SUETINA DE SELAÇ CONTRA IUDICEM PAULUM & TEODORUM

Die XV mensis Iunij In Terra Fluminis Sancti Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Nicolao Micholich Presbytero

Antonio Visignich presbytero Vito scolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Paulus quondam Ser Marci & Teodorus quondam dominici ambo simul & in solidum Sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Çupano Suetine de Selaç praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos septuaginta duos Marchas quadraginta tres & libras sex paruorum Et hoc pro panno griso habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt praefati debitores praedicto creditori simul & in solidum usque ad festum ascensionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad Maiorem cautellam praedicti creditoris praefati debitores simul & in solidum praedicto creditori obligarunt & pro speciali pignere designarunt omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.*)

Pro domino Arcidiacono contra paulum barbitonsorem

Die XXIIII mensis Iunij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Damiano quondam Matei Martino aurifice quondam Dominici omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Paulus vidotich barbitonsor Sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere venerabili viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum & quadraginta paruorum Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die XVIII mensis octobris Cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de uoluntate creditoris praesentibus testibus Iudice Vito quondam Matchi & Mauro Vasmiçich — Ego Antonius cancellarius scripsi“

debitor praefato creditori usque ad primum diem mensis iunij proxime futuri sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.*)

Pro Georgio morganich de Iadra

Die decimo mensis Iulij In terra Fluminis Sancti Viti in Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Nicolao micholich Ser Rafaele de Fossanbruno habitatoribus dicte terre Fluminis Gaspare quondam gregorij longini de Iadra testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Cum de Mandato Nobilis viri domini Mauri Vidonich tunc honorabilis Iudicis dicte terre Fluminis anno domini MCCCCXXXVIIIo Indictione prima de mense octobris fuisset incantata & subastata secundum consuetudinem dicte terre Fluminis per Mateum tunc praeconem publicum dicte terre Fluminis Ad petitionem Nobilis Viri Iudicis Iohannis Misuli vinea Iudicis Damiani quondam Matei de Iadra posita in coxala iuxta Iudicem Vitum quondam Matchi pro libris centum & quinque paruorum & expensis et propter absentiam mei notarij infrascripti non potuerit Instrumentum incantus fieri ut moris est Idcirco praefatus Iudex Damianus asseruit & confessus fuit coram testibus suprascriptis & me notario infrascripto qualiter suprascripta vinea quam habet in pignere infrascriptus georgius morganich vti patet publico Instrumento scripto manu mei notarij infrascripti anno domini 1438 Indictione prima die XXVII mensis Augusti fuit incantata & subastata tribus diebus continuis secundum consuetudinem dicte terre Fluminis ad petitionem praefati Iudicis Iohannis Misuli pro libris centum & quinque paruorum & expensis anno proxime praeterito de mense octobris et deliberata secundum consuetudinem dicte terre Fluminis suprascripto Ser Ra-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die X.o mensis Februarij Cancelatum fuit praesens Istrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus testibus Ser Stefano blasinich Mateo papich — Ego Antonius cancellarius“

faeli tunc ibidem praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine georgij quondam Flori morganich de Iadra de licencia praedicti Iudicis Mauri pro libris centum & quinque paruorum & expensis que expense fuerunt libre quinque et solidi decem & octo paruorum Que omnia & singulla sic acta & gesta fuisse dixit & asseruit praefatus Iudex Iohannes Misuli coram testibus suprascriptis & me notario infrascripto.

Pro Adam de Firmo contra Franciscum fabrum

Die XIII mensis Iulij super nundinis Sce Margarite praesentibus Domino presbytero Iohanne Micholich Paulo mortatich ambobus habitatoribus terre Fluminis Sci Viti testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Franciscus faber quondam Martini habitator dicte terre Fluminis tanquam plegius & fideiussor Marci quondam petri radenouich de cremeniça sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta duos boni auri & iusti ponderis Et hoc pro vna balla bombacis asculani quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Martini proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c

Pro Simone de Esculo contra Voricum de labaco

Die XV° mensis Iulij In Statione infrascripti Ser Ade praesentibus Ser Adam Antonij de Firmo & bartolomeo eius fratre Toma quondam Iacobi de Fano testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vorichus piliparius de labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Simoni Vanni Mucij de Esculo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum & viginti quatuor

boni auri & iusti ponderis Et hoc pro bombace esculano habito a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & mercimoniale quod & quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in rationem ducatorum tresdecim pro singulo Miliari usque ad festum Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura *)

Pro Nicolao çanetich contra Iudicem Nicolaum micholich

Die XV° mensis Iulij In terra Fluminis Sancti Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Antonio rosouich Voricho Capelario omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus Micholich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nicolao çanetich de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum & nonaginta quinque boni auri & justi ponderis Et hoc pro XV. Miliaribus ferri habiti a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato usque ad festum Sci Martini proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c **)

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1440 die XXVI mensis Iullij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Vito rosso & Martino aurifice testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

**) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die 26 mensis novembris Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens instrumentum debiti de voluntate partium praesentibus Iudice Vito quondam Matchi presbytero Iacobo coxal tomasio de lach testibus ad haec uocatis & rogatis“

Pro Iudice Mauro Vidonich contra Iacobum Arar

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Georgio Iudicis Stefani rusouich Antonio Iudicis Viti ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus arar de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Mauro Vidonich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus Ducatos decem boni auri & justi ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub bena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c

Pro Adam de Firmo contra Iurlinum de Camenich

Die XV mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Georgio oslich luca samburich Breçscho quondam petri omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iurlinus crouatinus habitator in Stayn sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum & sexaginta boni auri & justi ponderis Et hoc pro quatuor ballis bombacis Esculani pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bullatum in ratione XIII ducatorum pro singulo miliari usque ad festum Sancti Martini proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c *)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1440 Die XVI mensis Iullij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate Ade creditoris praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Mauro Vidonich & Iudice Nicolao micholich - Ego Antonius de reno cancellarius scripsi.“

Finis Rafaelis de Fossambruno

Vltrascriptis die & loco praesentibus Nobilibus Viris Iudice Iohanne Misuli Iudice Nicolao micholich georgio glauinich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Paulus lustalar de lubiana per se suosque heredes & successores fecit Rafaeli quondam Francisci de Fossambruno habitatori dicte terre Fluminis praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti finem dimissionem transitionem & pactum de vlterius non petendo de omni debito iure & actione & de omnibus & singulis ad que praedictus Rafael praefato paulo tenebatur seu teneri poterat quacunque ratione uel causa usque ad praesentem diem Et hoc iddem praedictus rafael fecit praefato paulo hac condicione quod Barchusius cum quo nauigabat praedictus rafael sit & esse debeat praefati & omnibus & singulis coredijs que praedictus rafael emit de bonis praefati pauli Et hanc finem & dimissionem fecit vnus alteri adinuicem eo quod utraque pars fuit contenta & confessa sibi integre solutum & satisfactum fuisse de omni debito re ac omnibus & singulis ad que vna pars alteri adinuicem actenus tenebatur seu teneri poterat quacunque ratione uel causa Promittens vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta proprio firma & rata habere tenere & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena dupli eius quod peteretur Qua pena soluta uel non &c

Pro Prodano de pago contra georgium glada

Die XX mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sancti Viti praesentibus Iudice Nicolao micholich & Ser Tonsa quondam Ser Nicole ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius glada piliparius sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Prodano de Pago praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras quinquaginta quinque paruorum Et hoc pro sex miliaribus tegularum non computando naulum in hoc calcullo

Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c

Societas Martini aurificis & georgij bucij de Artona

Die XXVI mensis Iullij In Statione mei notarij infrascripti In terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Stefano rusouich Iudice Vito barolich Martino quondam Mauri de gaçscha testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus quondam dominici de Segna & Georgius bucij Iacobi de Artona insimul fecerunt talem societatem & consortium usque ad quatuor annos proxime futuros his modis condicionibus & pactis videlicet quod dictus georgius teneatur ponere personam & operari ac mercari prout melius videbitur praefato Martino & ipse martinus ponere debeat ducatos trecentos auri in dicta societate seu tantam gaçam aut merces in Statione quae sint valoris dictorum trecentorum ducatorum & quod omne lucrum seu damnum quod sequeretur quod dictus Martinus habere ac pati teneatur duas partes & predictus georgius terciam partem & quod de omnibus expensis totius familie dicti Martini predictus georgius teneatur soluere terciam partem Cassans & annullans utraque pars quoddam scriptum scriptum manu Ser Matei quondam Ser donati die instanti quod scriptum predicti georgius & Martinus volunt esse nullius valoris & efficacie Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.*)

Procura Ser Iohannis de Arimino in mengolum & petrum de Senis

Die XXVIIII mensis Iullij In Statione infrascripti Ser Matei praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Ser Mateo quondam Ser do-

*) Cancellato, con in margine la nota: „Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui praesens Instrumentum Societatis de voluntate partium die XII mensis februarij 1440 praesentibus testibus Iudice Mateo quondam Ser donati & Antonio Nicolai de monte Albodio“

nati Teodoro quondam Dominici omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Prudens vir Ser Iohannes de galianis de Arimino omni via modo iuris & forma quibus magis & melius potuit fecit constituit creauit & ordinauit Mengolum Michaelis de Arimino & petrum Vgutij de senis & quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis condictio melioris non existat sed quod vnus inceperit alius mediare & finire possit suos procuratores actores factores rerum gestores & certos nuncios speciales Ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti res & quacunque alia & ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum &c Ad contrahendum debita & constituendum sibi debitores ad emptiones venditiones locationes & cuiuscunque generis contractus faciendum & ad solutiones faciendas & obligandum se nomine ipsius constituentis & bona ipsius super quocunque contractu Et generaliter &c Dans &c Promittens &c.

Pro Iudice Vito zouanich

Die quarto mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Nicolao micholich Martino çatani Iohanne coxarich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Iohannes Misuli per se suosque heredes & successores dedit reddidit ac restituit libere Iudici Vito çouanich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus vnum terrenum positum in districto gotnici cum aqua & omnibus suis iuribus habentijs & pertinentijs in loco dicto xemano quod terrenum dictus Iudex Iohannes Misuli habuerat a praefato Iudice Vito pro faciendo vnum molendinum insuper Ad habendum tenendum possidendum & pro anima & corpore judicandum & quidquid dicto Iudici Vito suisque heredibus & successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum tanquam de re propria.

Die quinto mensis Augusti Sub arbore ante portam terre Fluminis Sci Viti Coram Nobilibus Viris domino Iohanne Misuli Iudice Vito quondam Matchi honorabilibus Iudicibus dicte

terre Fluminis comparuerunt Iudex Stefanus rusouich Iudex Marcus glauinich Iudex Vitus barolich Stefanus cernolich & tomas bachia qui fuerunt missi a regimine terre Fluminis praedicte ad videndum & discernendum quamdam differentiam pro quadam via vertentem inter heredes Antonij micholich & Iuanusum bachium Dicentes qualiter bene & diligenter perspexerunt

Pro Nicolao Rayntalar contra Benedictum de Pago

Die XVI mensis Augusti In Statione mei notarij infrascripti Praesentibus Ser Castellino de pensauro Blasio quondam Petri Simone seccatore omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Benedictus sarctor quondam Nicolai brusich de Modrusa habitator Pagi sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suos heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nicolao Rayntalar Capitaneo Vragne praesenti stipullanti & respondenti uice ac nomine Passine Clare & Nicolai fratrum & filiorum quondam Moysi de pago & eorum heredibus ac successoribus ducatos quadraginta unum boni auri & iusti Et hoc pro quadam domo quam praefatus Nicolaus Rayntalar nomine dictorum passine Clare & Nicolai vendidit praedicto Benedicto Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet ducatos uiginti per totum mensem praesentem Ducatos decem usque ad festum Sancti georgij proxime futurum & residuum usque ad festum Sancti Michaelis de mense septembris de anno proxime futuro Sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis praedictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia &c

Pro Iudice Nicolao contra Iacobum arar

Die XVIIo mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus georgio glauinich Vito

matronich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus arar de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri ac dare debere Iudici Nicolao Micholich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta tres boni auri & solidos sexaginta quinque Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bullatum de Auspergo quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie usque ad festum Sci Michaelis proxime futurum et si ferrum non esset bonum dare debet in suprascripto termino promptam pecuniam sub pena quarti Qua soluta &c Pro quibus omnibus &c

Pro Iacobo arar contra Magistrum Iohannem aurificem

Die vltrascripto In Statione mei notarij infrascripti In terra Fluminis Sci Viti praesentibus Ançe barlech Paulo merçario de Tinino testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes Belsterfar aurifex tanquam plegius & fideiussor Iudicis Damiani quondam Matei per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iacobo Arar de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos auri quatordecim & libras quatuor paruorum Et hoc pro ferro vendito a dicto creditore praedicto Iudici Damiano Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sancti Martini proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus &c*)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1440 die 16 Iullij cancellatum fuit presens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Nicolao micholich & Iacobo eius fratre — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Pro Iohanne cusenfeni contra Paulum merçarium

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Gulielmo quondam Iohannis de Norlino Iohanne belsterfar aurifice Iohanne barlech ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Paulus merçarius quondam Melij de Tinino habitator dicte terre Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iohanni Cusenfenī ciui in Badouen praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos sexaginta quinque boni auri & iusti ponderis et hoc pro cultelis emptis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori videlicet ducatos uigintiduos usque ad nundinas radiuoine proxime futuras & residuum usque ad festum Sancti georgij proxime futurum Sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia &c Pro quibus &c *)

Protestus Ser Tonse contra Iudicem Vitum quondam Matchi

Die XXVIIII mensis Augusti Sub Arbore que est ante portam terre Fluminis Sci Viti a Mari praesentibus Iudice Ambrosio quondam Ser Marci Stefano blaxonich Vito matronich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili Viro domino Iohanne Misuli honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Ser Tonsa quondam Ser Nicole asserens & dicens qualiter Iudex Vitus quondam Matchi posuit penam librarum 50 Marinarijs ..... patroni nauignij missi a dominis Arsenatus comunis venetiarum quod non onerarent remos aliquos dicti Ser Tonse donec non erit concors cum praedicto Iudice Vito Quapropter dictus Ser Tonsa omnibus & singulis remedijs iuris quibus magis &

*) Cancellato, con la nota: „1440 Die 17 Iullij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus presbytero Vito scolich & Mateo cersato — Ego Antonius cancellarius scripsi“

melius potuit & debet protestatus fuit contra praedictum Iudicem Vitum Ibidem praesentem ducatos quinquaginta pro suis damno & interesse.

Pro Malgarita schypariça contra benchum de sagabria

Die primo mensis septembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Paulo quondam Ser Marci Iudice Nicolao micholich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Benchus quondam Martini de Sagabria sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Malgarite schyparişe de Cranburch praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras sexaginta vnam paruorum Et hoc pro vna domo empta a dicta creditrice Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefate creditrici usque ad quatuor annos proxime futuros Incipiendo terminum dictorum annorum a festo Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefate creditrici obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Iudice Paulo quondam Ser Marci

Die nono mensis septembris In publica platea terre Fluminis Sancti Viti praesente Iudice Nicolao Micholich Coram Nobili Viro domino Vito quondam Matchi honorabili Iudice dicte terre Fluminis georgius glauinich satnicus retulit michi qualiter de Mandato praefati domini Iudicis librauit quatuor sachos lane quos misit Ser Iohannes çanchaner de Venetijs Iudici Paulo quondam Ser Marci & Teodoro quondam Dominici per Georgium çigantich & dixit quod dicti quatuor sachi lane fuerunt libre trecentum & decem cum sachis

Pro Ser Riçardo contra Vorichum piliparium

Die Xo mensis septembris In terra Fluminis Sci Viti In Statione Iudicis Nicolai micholich infrascripti Praesentibus Adam Antonij de Firmo Bartolomeo eius fratre Prodano de pago testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vorichus piliparius de Labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao Micholich praesenti stipullanti & respondenti uice ac nomine Ser Riçardi Lodouici de Firmo & eius heredum & successorum ducatos quinquaginta quinque auri & soldos octuaginta septem Et hoc pro oleo habito a dicto Ser Riçardo Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori primum ferrum quod mittet ad terram Fluminis praedictam in ratione XIIIcim ducatorum pro singulo miliari tantum ferrum quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula &c Pro quibus &c*)

Pro Iudice Nicolao contra Vorichum piliparium

Vltrascriptis die loco ac testibus Vorichus piliparius de labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micholich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos sexaginta vnum auri Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bullatum quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in ratione XIII ducato-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die 18 mensis Nouembris Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum eo quod Iudex Nicolaus Micholich nomine Ser Riçardi creditoris fuit contentus & confessus sibi integre fuisse satisfactum praesentibus Iudice Vito qd Matchi Adam Antonij de Firmo & Antonio Nicolai de Monte albodio testibus“

rum pro singulo miliari Sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia &c Pro quibus omnibus &c*)

Pro Adam de Firmo contra Vorichum piliparium

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Nicolao Micholich Iacobo eius fratre Prodano de Pago omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vorichus piliparius de labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos ducentos & septuaginta tres & solidos sexaginta duos Et hoc pro oleo habito a dicto creditore pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori tantum ferrum bonum & bullatum in dicta terra Fluminis quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in ratione XIII ducatorum pro singulo Miliari sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus &c**)

Pro Petro de senis finis

Die XI mensis septembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti Praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Antonio pertusano Rauino quondam Martini de pago omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Vitus quondam Matchi per se suosque heredes & successores fecit finem di-

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1439 die XVIII mensis Nouembris Ego Antonius de reno cancellarius Cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti de voluntate Iudicis Nicolai creditoris praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Adam Antonij de Firmo & Antonio Nicolai de Monte Albodio testibus“

**) Come sopra, con la nota: „1439 die XVIII mensis Nouembris Ego Antonius de reno Cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti de voluntate Ade creditoris praesentibus testibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Nicolao micholich & Antonio Nicolai de monte Albodio testibus“

missionem transactionem & pactum de vlterius non petendo Petro de senis rerum gestori Ser Iohannis de galianis de Arimino praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine praefati Ser Iohannis & eius heredum ac successorum de omni debito iure & actione & de omnibus & singulis ad que praefatus Ser Iohannes tenebatur seu teneri poterat praedicto Iudici Vito usque ad praesentem diem quacunque ratione uel causa Et hoc quia praedictus Iudex Vitus fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum fuisse a dicto petro nomine quo supra de omni debito re & de omnibus & singulis ad que praefatus Ser Iohannes praedicto Iudici Vito tenebatur siue teneri poterat quacunque ex causa Promittens praedictus Iudex Vitus per se suosque heredes & successores dicto Petro stipullanti & respondenti nomine quo supra omnia & singula suprascripta proprio firma rata & grata habere tenere & non contrafacere &c uti in fine Ser Rafaelis.

Pro Monasterio Sancti Augustini & fratre Georgio

Die praedicto in domo Benchi de Sagabria in dicta terra Fluminis praesentibus Iudice paulo quondam Ser Marci Simone Seccatore & laurentio seccato Iudicis Iohannis Misuli omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Malgarita Schypariça volens pergere romam dixit quod si ipsam mori contingeret antequam ad dictam terram Fluminis rediret quod de libris quinquaginta quinque quas habere debet a suprascripto benco de Sagabria quod vult quod vna marcha denariorum deueniat fratri georgio..... & residuum deueniat Monasterio Sci Agustini hac condicione quod fratres teneantur missas celebrare & deum rogare pro anima sua Sed si uixerit vult quod dicti denarij sint in eius libertate.

Protestus Iudicis Cosme contra Teodorum

Die XXII mensis septembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Nicolao micholich Stefano cernolich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro Iudice Iohanne Misuli Comparuit Iudex Cosmas radolich tanquam procurator ecclesie Sce Marie

asserens & dicens qualiter Teodorus quondam dominici per vim contra eius voluntatem tenebat & possidebat domum ecclesie Sce Marie iuxta heredes quondam Andregeti quam ipse affictauerat Cole de pensauro Quapropter omnibus & singulis remedijs iuris quibus magis & melius potuit protestatus fuit contra dictum Teodorum ibidem praesenti singula die libram vnam pro dicta domo

Protestus Petri Srinschiach de Vegla contra Mateum quondam Ser donati

Die XXII mensis septembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Ser Castelino de pensauro Agabito diraçich omnibus habitatoribus terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro domino Iohanne Misuli honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Petrus Srinschiach habitator Vegle asserens & dicens qualiter Mateus quondam Ser Donati conduxit ad partes Marchie Ielcham uxorem dicti petri cum filijs sciens quod esset eius uxor In Barchusio Pauli de labaco contra voluntatem dicti Petri Quod dicto Petro vertitur in magnum damnum verecundiam & detrimentum Qua propter dictus Petrus omnibus & singulis iuris remedijs quibus magis & eficatius valet protestatus fuit contra praefatum Mateum absentem sed tanquam praesentem libras octuaginta paruorum pro expensis quas fecit querendo praedictam Ielenam uxorem suam

Pacta presbyteri Marci & Ambrosij radolich & dimitri

Die praedicto In Statione mei notarij infrascripti In terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Georgio sarctore quondam Stefani dimigna de Grobinico omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique presbyter Marcus radolich & ambrosius eius frater per se & suos heredes dederunt ad laborandum dimitrio olim eorum famulo ibidem praesenti Sua terrena cum curtiuo ac omnibus suis pertinentijs posita in districtu Fluminis in loco dicto podbreg usque ad duodecim annos proxime futu-

ros his condicionibus & pactis videlicet quod dicti presbyter Marcus & ambrosius teneantur dare praedicto dimitrio medietatem bobum cum quibus arare voluerit & medietatem seminis quod seminare voluerit dictus dimitrius & medietatem operum ad extirpandum herbam de Bladis & ad Metendum & triturandum blada & praedictus dimitrius teneatur arare colere & laborare bene dicta terrena iuxta consuetudinem dicte terre Fluminis Et bladum quod deus dabit super dictis terrenis debeat super ara diuidi ut moris est Et si casus accideret quod suprascriptum curtiuum defectu praedicti dimitri ad minus deueniret eo casu praedictus dimitrius ipsum curtiuum teneatur soluere siue aptare Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Iohanne Nicolai Salei de Arimino contra Agabitum diraçich & Georgium sarctore

Die 24 mensis septembris in Statione mei notarij &c praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Adam de Firmo Iohanne coxarich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Agabitus diraçich & Georgius sarctor quondam Stefani per se suosque heredes & successores simul & in solidum fuerunt contenti & confessi se habuisse ac recepisse A Iohanne Nicolai salei de arimano quatuor vegetes vini tenute Modiorum quinquaginta quatuor uel circa in ratione quinquaginta solidorum pro singulo modio Quam quidem vini quantitatem uel plus uel minus prout reperietur in mensura dare & soluere promiserunt dicto Iohanni praefati Agabitus & georgius & quilibet eorum in solidum usque ad festum annunciationis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. Pro quibus omnibus &c

Procura Martini aurificis in Ser Iohannem de bochina de cherso

Die primo mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Teodoro quondam dominici

Petro Barbuda omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus aurifex quondam Dominici habitator Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Prudentem Virum Ser Iohannem de Bochina de Cherso absentem sed tanquam praesentem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A Lena Iuança de capisolo omnem & singulam quantitatem pecunie res et quacunque alia que quomodocunque ipsi constituenti teneretur & de per eum receptis finem dimissionem transitionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit Coram domino Comite chersi & quocunque alio Iudice Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dilationes petendum testes & alia iura sua producendum Sententias andiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda quae in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum duxerit facienda & necessaria ac utilia videbuntur que & quemadmodum ipse constituens facere posset si adesset Dans & concedens eidem procuratori suo in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum plenum arbitrium & generale mandatum cum plena libera & generali administratione Agendi & exercendi omnia & singula suprascripta Promittens eidem procuratori suo et mihi notario infrascripto tanquam publice persone stipullanti & respondenti vice ac nomine omnium quorum interest uel in futurum poterit interesse quidquid per dictum procuratorem actum & factum fuerit perpetuo habitaturum firmum & ratum Insuper ipsum ab omni satisdationis onere releuare Et ex nunc releuans promisit michi notario infrascripto ut sopra de judicio sixti & judicatum soluendo sub ypoteca & obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum.

Pro Adam de Firmo contra Martinum çerch de lach

Die XII mensis octobris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Curilo a cupriua Toschano quondam çanobij Bencho de Sagabria omnibus

habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus çerch de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus Ducatos quinquaginta tres boni auri & justi ponderis non computatis in hoc debito ducatis triginta quos dictus Martinus nomine dicti Ade recipere debet a Vito spinglauaç Labaci Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis vnam sarcinam clauorum ab equo & Sarcinas tres clauorum a quaterno a domo pro precio inter ipsos conuento usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura. *)

Finis pro Teodoro

Die XV mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sancti Viti praesente Iudice Mauro Vidonich Iudice Nicolao micholich Iudice Vito barolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus Vgutij de Senis tanquam procurator & procuratorio nomine Ser Iohannis de galianis de Arimino ad infrascripta habens plenum mandatum vti constat de Instrumento procurationis scripto manu mei notarij infrascripti anno domini 1439 Indictione secunda die XXVIIIIo mensis Iullij fecit Teodoro quondam dominici praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ac nomine & vice Iudicis pauli quondam Ser Marci eiusque heredum & successorum finem dimissionem transictionem & pactum de vlterius non petendo de

*) Cancellato, con in margine la nota: „1440 die 13 mensis Februarij Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris Praesente Stefano çernolich — Ego Antonius cancellarius scripsi“

omni debito iure & actione & de omnibus & singulis ad que praefati Iudex Paulus & Teodorus tenebantur seu teneri poterant Ser Iohanni usque ad praesentem diem quacunque ratione uel causa Et hoc quia dictus petrus nomine quo supra fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum fuisse a praefato Teodoro nominibus quibus supra de omni debito re & de omnibus & singulis ad que praefati Iudex Paulus & Teodorus tenebantur seu teneri poterant praedicto Ser Iohanni quacunque ex causa Promittens dictus Petrus nomine quo supra dicto Teodoro stipullanti nominibus quibus supra omnia & singula suprascripta perpetuo firma rata & grata habere tenere & non contrafacere nec uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena dupli eius quod peteretur stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa.

Exemptio Iacobi capellarij

Die XVIIIIo mensis octobris Sub lobia comunis terre Fluminis ubi ius redditur Ibique Spectabilis ac generosus vir dominus Iacobus Raunacher capitaneus Venerabilis vir dominus presbyter Mateus Arcidiaconus & plebanus Nobiles viri domini Iudices & consiliarij dicte terre Fluminis considerantes quod bonum & utile est terram Fluminis praedictam bonis personis populare Iacobum capelarium de laschoua praesentem & humiliter supplicantem & petentem fecerunt immunem & exemptum a qualibet colta dicte terre Fluminis usque ad decem annos proxime futuros Et quia dictus Iacobus nullo modo teneatur esse portator litterarum seu nuncius pro parte comunis dicte terre Fluminis usque ad terminum suprascriptum decem annorum.

Exemptio Iohannis merçarij

Die XVIIII mensis octobris Sub lobia Comunis terre Fluminis vbi ius redditur Ibique Spectabilis ac generosus vir domino Iacobus Raunacher Capitaneus Venerabilis vir dominus presbyter Mateus arcidiaconus & plebanus Nobiles viri domini Iudices & consiliarij dicte terre Fluminis considerantes quod bonum & utile est praedictam terram Flu-

minis bonis personis populare Iohannem quondam Nicolai de brumech praesentem & humiliter supplicantem ac petentem fecerunt immunem & exemptum a qualibet colta dicte terre Fluminis usque ad decem annos proxime futuros & quod dictus Iohannes nullo modo teneatur esse portator literarum seu nuncius pro parte comunis dicte terre Fluminis usque ad terminum suprascriptum decem annorum.

Praesentatio Iudicis viti barolich

Die XXII mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus presbytero Gaspare filio Iudicis Ambrosij georgio glauinich Ibique Coram Spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher Capitaneo ac ambobus Iudicibus comparuit Iudex Vitus barolich asserens qualiter Ser Antonius nepos quondam Ser Aldregeti possidet vnam possessionem vbi fuit Secca pro qua ipsi *(sic)* tenetur dare & soluere sibi affictum & iam pluribus annis nil soluit vnde se praesentat & euigillat pro dicto affictu praesente ibidem praefato Ser Antonio & respondente quod absit quod teneatur soluere affictum aliquem pro dicta possessionem.

Praesentatio Nobilis viri Antonij quondam domini georgij

Die XXIII mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus testibus Mateo cersato Simone Seccatore Ibique Nobilis vir Antonius quondam domini georgij de Segna Coram suprascripto domino Capitaneo ac Iudice Iohanne Misuli Comparuit dicens qualiter Nicolaus Staconarius & eius uxor tenebantur sibi aliquod debitum iam pluribus annis vnde se praesentat & euigilat pro dicto debito ne possit praescribi.

Interdictio & Sequestratio Antonij quondam domini georgij de bonis Matei laus

Die XXIIIIo mensis octobris In statione mei notarij infrascripti Coram Nobili viro domino Iacobo Raunacher Capitaneo & domino Iohanne Misuli honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Nobilis vir Antonius quondam domini

georgij de Segna dicens quod Sequestrat & interdicit omnia & singula bona Matei laus

Terminatio pro presbytero Marco xutouich & Iohanne eius fratre de Castua

Vltrascriptis die ac loco Spectabilis ac generosus vir dominus Iacobus Raunacher Capitaneus terre Fluminis praedicte Nobilis vir Bartolus Misuli Sedentes cum nobilibus viris Iudice Iohanne Misuli Iudice Ambrosio quondam Ser Marci Iudice Nicolao micholich dixerunt & terminauerunt quod praesbyter Marcus xutouich de Castua debeat inuenire duos uel tres bonos uiros & Iohannes eius frater debeat totidem inuenire qui viri tanquam arbitri arbitratores & amicabiles compositores debeant videre omnes & singulas lites differentias controuersias quas presbyter Marcus praedictus habet siue habere posset occasione tam bonorum paternorum quam maternorum & expensarum & quicquid maior numerus virorum inuentorum per ambos iudicauerit firmum & ratum sit & si dicti viri non possent esse concordes tunc pradicti dominus Iacobus & Bartolus capitanei dare debeant vnum uel duos viros & quicquid maior pars iudicauerit ratum sit & si dicti viri non auderent judicare aut non possent esse concordes propter magnas differentias tunc praedicti dominus Iacobus & Bartolus debeant cum viris inuentis ab ambobus partibus & datis uel dato ab ipsis iudicare & quicquid maior pars iudicauerit ratum & firmum sit et quod neuter ipsorum audeat contradicere seu ab hoc se retrotrahere sub pena ducatorum quinquaginta cuius pene medietas sit magnifici domini nostri & alia medietas comunis illius loci quo iudicabitur

Protestus Ser Menelai de Venetijs

Die XXVII mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus testibus Ser Ançelino bonfiolo Ser Rafaele de Fossambruno georgio diraçich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis Ibique Coram Nobili viro domino Iohanne Misuli honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Ser Menelaus de Venetijs habitator Parentij asserens & dicens qualiter lucas ..... de Ragusio tenet

ipsum in lite ocasione cuiusdam trabis quem dictus Ser Menelaus emit a luchesio habitatore in littore Fluuij a parte cersati et quia dictus Ser Menelaus habet barcham cum hominibus ad suas expensas Idcirco protestatus fuit contra dictum lucam pro danno & interesse singula die vnum ducatum auri praesente dicto luca.

Finis pro Dominica Forforina

Die XXVIIII mensis octobris In domo infrascripte dominice praesentibus Iacobo cigantich Simone oslich Grisano labutich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Cum dominica uxor quondam grisani Forfore legasset Stoice famule sue certas res uti in eo continentur Idcirco Dicta Stoica per se suosque heredes & successores fecit praedicte Dominice praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus finem dimissionem transitionem & pactum de vlterius non petendo de omni debito iure & actione & de omnibus & singulis ad quae dicta dominica praefate Stoice tenebatur seu teneri poterat tam pro legatis quam pro suo labore seu alia quacunque ratione uel causa Promittens dicta Stoica per se suosque heredes & successores omnia & singula suprascripta perpetuo firma rata & grata habere tenere attendere & obseruare sub pena dupli eius quod peteretur stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum.

Pro Quirino parçich de Vegla contra tomam remerium

Die XXVIIII mensis octobris In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Georgio crastich & Laurentio quondam blasij marinario omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Tomas remerius de bucharo sponte libere ex certa scientia nen per errorem omni exceptione iuris uei facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Quirino quondam georgij parcich de Vegla praesenti stipullanti & respondenti

pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta quatuor boni auri & justi ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dictus debitor praefato creditori obligauit omnia & singula sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura

Pro Agabito & georgio diraçich

Die vltimo mensis octobris In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Nobili Viro Iudice Iohanne Misuli Presbytero Iacobo coxal Presbytero Iohanne micolich Ibique Vitus diraçich sponte libere ex certa scientia non vi neque metu omni exceptioni iuris uel facti remota se obligauit & voluit quod nequeat aliqua sua bona impignerare nisi suis filijs Et hoc fecit dictus Vitus considerato quod multi homines iniqui erga eum querunt & inuestigant quod impigneret bona sua quando est iratus uel alio furore turbatus Promisserunt quod eidem Vito Agabitus & georgius quod in omni eius necessitate & legitima causa mutuabunt & ministrabunt ipsi id quod eidem erit necessarium

Testificatio pro Adam de Firmo

Die primo mensis Nouembris In terra Fluminis Sci Viti In Statione infrascripti Ade de Firmo Constitutus Michael quondam dominici de Vegla testis productus pro Adam Antonij de Firmo & Sacramento ei delato de veritate dicenda Interrogato a generoso viro domino Martino Raunacher vicecapitaneo & Nobili viro Iudice Iohanne misuli si scit quod Tomas de Firmo miserit aliquam quantitatem olei Veglam quondam Michulino de Vlachi de Vegla dixit & testificatus fuit qualiter dum esset marinarius In carachia praedictorum Tome & Michulini ipse transiuit cum dicta carachia ad Splagiam Firmi & onerauerunt dictam carachiam oleo To-

me de Firmo & reuersi sunt ad terram Fluminis qui Tomas subito cum appulit misit Michulino praedicto de Flumine Veglam duos vegetes id est butas olei Interrogatus si scit quod praedictus Michulinus fecerit aliquod viagnium cum dicta carachia cum quodam blasolo respondit & testificatus fuit qualiter praedictus Michulinus cum dicta carachia transiuit manfredoniam in Appuliam cum blasolo pro frumento & portauit dictum frumentum Veglam Interrogatus si scit aliquid de viagnio facto quando arbenses ceperunt praedictam carachiam dixit & testificatus fuit quod tunc ipse testis fuit in praedicta carachia marinarius & quod dum venirent Veglam cum praedicta carachia onerati frumento Arbenses cum barcha ceperunt praedictam carachiam cum frumento eo quod habebant carentiam frumenti & duxerunt Arbum & sic praedictus Michulinus exonerauit partem frumenti Arbi & illis vendidit & residuum conduxit cum saluamento Veglam & quod de dicto frumento nescit quod aliqua pars fuerit in mare proiecta siue furatus fuit aliquis de dicto frumento

Testificatio pro Adam Antonij de Firmo

Vltrascriptis die ac loco Quirinus parçich de Vegla testis productus pro Adam Antonij de Firmo delato eidem sacramento de veritate dicenda interrogatus ab vltrascriptis dominis si aliquid scit quod quondam Michulinus de Vlachi de Vegla fecerit aliquid viagnium cum carachia Tome de Firmo & praedicti Michulini cum quodam blasolo respondit & testificatus fuit se tantum scire quod praedictus Michulinus iuit cum dicta carachia Manfredoniam in Appuliam cum blasolo pro frumento & dictam carachiam conduxerunt Veglam oneratam frumento & diuissum fuit frumentum inter praedictum Michulinum & blasolum

Pro domino Martino Raunacher contra Ser Castelinum

Die secundo mensis Nouembris In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Tonsa quondam Ser Nicole Rafaele de fossambruno Adam Antonij de Firmo omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis &

rogatis ac alijs Ibique Castelinus quondam Iohannis de pensauro sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere generoso Milliti domino Martino raunacher praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ac nomine & vice domine Malgarite uxoris sue ducatos centum boni auri & iusti ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad unum annum proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad preces dicti Ser Castelini debitoris Iudex Nicolaus Micholich se constituit plegium & fideiussorem praefato domino Martino creditori pro dicto debito centum ducatorum cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum *)

Procura Georgij de dreuenico in Vitum domini Arcidiaconi

Die quinto mensis nouembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice ambrosio quondam Ser Marci Iudice Cosma radolich Iudice Vito barolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique georgius filius Iudicis Stefani de dreuenico omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Vitum filium domini Matei de dicta terra Fluminis absentem sed tanquam praesentem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum ab Antonio quondam Iacobi de Vtino habitatore pirani omnem & singulam pecunie quantitatem res & quecunque alia que quomodocunque dicto constituenti dare teneretur & de per eum receptis finem dimissionem transitionem & pactum de

*) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die XXI.o mensis Marcij Cancelatum fuit praesens Istrumentum debiti quia integre satisfactum fuit creditori velut Nobilis vir dominus Iacobus Raunacher frater ipsius creditoris confessus fuit praesentibus testibus

vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes instrumenta & quelibet alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda quae in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum duxerit facienda &c Dans &c Promittens &c

Testificatio pro Adam de Firmo

Die quinto mensis nouembris Sub Arbore ante portam terre Fluminis Sci Viti Iacobus cigantich testis productus pro Adam de Firmo delato eidem sacramento de veritate dicenda per generosum Millitem dominum Martinum Raunacher vicecapitaneum & Nobilem virum dominum Iohannem Misuli honorabilem Iudicem dicte terre Fluminis Interrogatus si scit quod praedictus Adam dimisisset aliquam vegetem olei Vegle Michulino de Vlachi respondit & testificatus fuit se tantum scire quod iam pluribus annis elapsis dum redirent de Splagia Firmi cum carachia Tome de Firmo & dicti quondam Michulini tunc noua onerata oleo propter maris tempestate appullerunt In portum Vegle & tunc adam exonerare fecit de dicta carachia duas vegetes id est butas olei & ibidem dimissis dictis butis olei in manibus praedicti quondam Michulini venerunt cum carachia ad terram Fluminis praedictam Interrogatus qualiter hoc scit respondit quod hoc scit eo quod tunc fuit marinarius in dicta carachia.

Procura Ser Nicolai de blagaia in Franciscum fabrum

Die quinto mensis nouembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus presbytero Iacobo choxal Quirino cigantich Iohanne coxarich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nicolaus quondam Tome de Blagaia omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit franciscum

fabrum quondam Martini praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem ad Agendum petendum respondendum exigendum recuperandum solutiones faciendum & ad venditiones emptiones locationes & cuiuscunque generis contractus faciendum & ad obligandum se nomine ipsius Nicolai constituentis & eius bona super quocunque contractu Et generaliter ad omnia & singula dicenda gerenda & procuranda quae in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum duxerit facienda &c Dans &c Promittens &c

Pro Adam de Firmo contra Vorichum

Die XVIII mensis Nouembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Nicolao micholich Antonio Nicolai de monte Albodio testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Voricus piliparius de labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum et uiginti quinque auri Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bullatum quantum ascendat ad infrascriptam quantitatem pecunie ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum *)

Pro Blasio de cauisolo & Iohanne eius fratre contra Franciscum fabrum

Die XXI mensis nouembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Stefano blasonich Quirino cigantich Iuanulo de Arbo omnibus habitatoribus dicte terre Flumi-

*) Cancellato, con in margine la nota: „Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris die XIII mensis Februarij 1440 praesentibus testibus Valentino quondam Iurlini & Stefano cernolich

nis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Franciscus faber quondam Martini sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Blasio quondam Bartolomei de cauixolo & Iohanni eius fratri praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus libras centum viginti paruorum Et hoc pro vna vinea empta a dictis creditoribus Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefatis creditoribus usque ad festum Assumptionis beate Marie virginis proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Nicolao çanetich contra Iudicem Nicolaum micholich

Die XXVI mensis Nouembris In Statione infrascripti Iudicis Nicolai debitoris praesentibus Iudice Vito quondam Matchi presbytero Iacobo quondam Tomasoli Tomasio de lach testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus micholich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nicolao çanetich de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos nonaginta auri Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori, ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum.*)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1440 die XVIII mensis Aprilis Ego Antonius cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Ser Ançelino bonfiolo Iohanne barlech testibus ad haec uocatis & rogatis“

Pro Catarina petrouiça contra Quirinum de Srigne

Die vltimo mensis Nouembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Ser Castelino de pensauro Simone seccatore omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quirinus quondam Tome de Srigne sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Caterine uxori quondam petri praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras triginta sex paruorum Et hoc pro vna vinea vendita a dicta creditrice dicto debitori Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefate creditrici usque ad quatuor annos proxime futuros sub pena quarti Cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Finis pro Valentino quondam Iurlini

Die XVIIII mensis decembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Nobili viro Iudice Iohanne Misuli Petro glauinich Luca oslich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vorichus Piliparius de labaco per se suosque heredes & successores fecit Valentino quondam iurlini praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus & vice ac nomine domine Matee Matris sue finem dimissionem transactionem & pactum de vlterius non petendo de omni & singulo debito iure et actione ad que dictus quondam Iurlinus pater praefati Valentini & praedicta domina Matea tenebantur seu teneri poterant praefato Voricho usque ad praesentem diem quacunque ratione uel causa Volens omnem scripturam ante praesens Instrumentum finis dimissionis factam cassari & annullari & esse nullius valoris & eficacie Promittensque dictus Vorichus per se suosque heredes & successores dicto Valentino stipullanti nominibus quibus supra omnia & singula suprascripta perpetuo firma & rata habere tenere & non contrafacere uel venire per se uel alium

aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena dupli eius quod peteretur stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa Qua Pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro Prodano contra Gregorium de briseuiça

Vltrascriptis die ac loco Praesentibus Iudice Nicolao micholich Iacobo eius fratre grisano tochouich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Çupanus Gregorius de briseuiça sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Prodano de Pago habitatori dicte terre Fluminis libras quadraginta & solidos quatuor pro vino habito a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit tantum frumentum quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in dicta terra Fluminis in ratione soldorum uiginti quatuor pro singulo starolo usque ad Carnis priuium proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Simone oslich contra Antonium perdelich

Die XXo mensis decembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Teodoro quondam dominici Quirino cigantich Iohanne coxarich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Antonius perdelich quondam braie de Castua sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Simoni oslich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & suc-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1440 die 23 mensis Februarij Ego Antonius cancellarius cancelaui praesens Instrumentum debiti de voluntate Prodani creditoris praesentibus Iudice Vito barolich & Simone seccatore.“

cessoribus libras centum & septuaginta unam paruorum Et hoc pro vna vinea posita in borgud vendita a dicto creditore praefato debitori Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet libras tres usque ad festum Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro deinde libras viginti vnam singulo anno annuatim usque ad integram satisfactionem suprascripti debiti sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Protestus Ser Castelini contra....

Die XXII mensis decembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti Coram Nobilibus viris Iudice Ambrosio quondam Ser Marci Iudice Mateo quondam Ser donati tunc Iudicibus dicte terre Fluminis Iudice Iohanne Misuli comparuit Ser Castelinus de pensauro asserens & dicens ....

Anno 1440

Pro domino Oldorico capitaneo gotnici contra Iudicem Iohannem Misuli

In Christi nomine amen anno natiuitatis eiusdem Millesimo quadrigentesimo quadragessimo Indictione Tercia Die decimo quarto mensis Ianuarij In Palatio Magnifici domini nostri In terra Fluminis Sci Viti praesente presbytero Iacobo quondam tomasoli Iohanne barlech Ançe mercario quondam ..... testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis vir Iudex Iohannes Misuli sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nobili Viro domino Oldorico de Vngerspach Capitaneo gotnici praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta boni auri & iusti ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori

ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Toscano contra Georgium cigantich

Die XXIo mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Cosma radolich Agabito diraçich Prodano de pago omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius cigantich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Toscano quondam Çanobij habitatori dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras nonaginta tres & solidos decem paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet singulo anno libras viginti usque ad integram satisfactionem suprascripti debiti Et ad Maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit omnia & singula sua terrena posita na luchach cum omnibus intropositis cum illis iure & condicione quibus idem debitor habet ipsa terrena Ab ecclesia Sce Marie de Scurigna *)

Pro Iudice Nicolao contra Ser Tonsam

Die XXVo mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti In terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Stefano rusouich georgio eius filio Petro glauinich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Tonsa quondam Ser Nicole sponte libere ex certa scientia non per errorem omni

*) Cancellato, con in margine la nota: „1445 die secundo Februarij Cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Vito rosso Iudice Mauro Vidonich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi“

exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao Micholich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta sex boni auri & iusti ponderis & solidos octo paruorum et remos quadraginta quinque A gallea longitudinis passuum sex Et hoc pro resto & saldo suarum rationum veterum non computando neque cassando in hoc saldo debitum ducatorum octuaginta sex pro quibus fideiussit Iudex Paulus quondam Ser Marci pro dicto debitore praefato creditori Quam quidem pecunie quantitatem et res dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro praefato Iudice Nicolao contra Ançe barlech

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Stefano rusovich Iudice Vito quondam Matchi Venetiano de Cregnino omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes barlech sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao Micholich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad decem et nouem menses proxime futuros sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta *)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die 4.o mensis Augusti cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris Praesentibus Antonio quondam Ser Santes de pensauro & Gaspare Antonij de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Pro Adam de Firmo contra Paulum mercarium & eius uxorem

Die XVII mensis Februarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Paulo quondam Ser Marci Valentino quondam Iurlini omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Barbara uxor pauli mercarij de Tinino dixit & asseruit qualiter ipsa & eius vir & quilibet eorum in solidum die secundo mensis februarij coram testibus suprascriptis fuit contentus & confessus per se suosque heredes & successores se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta octo & libras quinque paruorum Et hoc pro bombace & ficubus habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt dicti debitores & quilibet eorum in solidum praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet Medietatem dicte pecunie usque ad festum pentecostes proxime futurum & residuum usque ad festum Sce Margarite proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta*)

Pro Iudice Nicolao contra Ançe scuben

Die XVIII mensis Februarij In Statione infrascripti Iudicis Nicolai Praesentibus Iudice Mauro Vidonich Teodoro quondam dominici georgio filio Iudicis Stefani rusouich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes Scuben de lach per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a Iudice Nicolao micholich tanquam plegio & fideiussore Ser Riçardi lodouici de Firmo ducatos centum et octuaginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro

*) Cancellato, c. s: „1440 die nono mensis septembris cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate Ade creditoris Praesentibus Iudice Vito quondam Matchi & Iudice Mauro Vidouich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi“

vna plegiaria seu fideiussione quam fecit dictus Iudex Nicolaus praefato Iohanni Scuben pro Ser Riçardo Iodouici de Firmo.

Pro Iudice Nicolao contra Iudicem Maurum

Vltrascriptis die ac loco praesentibus venerabili viro domino presbytero Mateo Arcidiacono & plebano Iudice Vito quondam Matchi Teodoro quondam dominici omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Maurus Vidonich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micholich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos octuaginta boni auri & iusti ponderis nomine mutui meri Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Ser Antonio pertusano & bencho de Sagabria

Die XVIIII mensis Februarij in Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Nicolao micholich Stefano Calleli Iohanne barlech omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Antonius pertusano per se suosque heredes & successores dedit ac locauit usque ad quatuor annos proxime futuros Bencho de Sagabria vnam suam vineam positam in Scurigna & vnum suum ortum iuxta sanctum Andream hac condicione quod dictus bencho teneatur & debeat bene & diligenter laborare dictas possessiones secundum consuetudinem dicte terre Fluminis & praefatus benchus debeat habere medietatem omnium & singulorum fructuum qui nascentur laborando bene & diligenter dictas possessiones & aliam medietatem habere debeat dictus Ser Antonius locator Promittens vnus alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attender & obseruare.

Pro Prodano contra Gregorium de briseuiça

Die XXIII mensis Februarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Vito barolich Martino aurifice de Segna Simone seccatore omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Çupanus gregorius de briseuiça sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Prodano de Pago habitatori dicte terre Fluminis libras quadraginta sex & solidos quatuor paruorum Et hoc pro vino habito a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit in dicta terra Fluminis dictus debitor praefato creditori tantum frumentum quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in ratione solidorum uiginti quatuor pro singulo starolo usque ad festum resurrectionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad preces praedicti gregorij debitoris Vitus clibanarius se constituit plegium & fideiussorem praefato Prodano creditori pro praedicto gregorio cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum.*)

Procura Stefani callelli in Venetianum

Die XXVII mensis Februarij In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Antonio pertusano Ser Castelino de pensauro Martino aurifice de Segna omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus Marci callelli de Ancona habitator dicte terre Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Venetianum bartoli de Cregnino absentem sed tanquam praesentem suum verum et legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem specialiter ad exigendum & recuperandum a Vito sarctore olim

*) Cancellato, con in margine la nota: „Die 7 mensis Ianuarij Praesentibus testibus Iudice Cosma radolich Matiasio de Iadra Cancelatum fuit praesens Istrumentum debiti de voluntate Prodani creditoris 1441.“

habitatore dicte terre Fluminis vnum Mantellum nouum de panno turchijno suffulctum cendato viridi Item vnum linteamen nouum & quecunque alia que dictus Vitus quomodocunque ipsi constituenti dare teneretur & de receptis per eum finem dimissionem transactionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et Ad comparendum Si opus fuerit coram generoso domino Comite Arbi & quocunque alio iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum termínos & dillationes petendum testes & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

Accordatio Ambrosij cum Antonio de pensauro lapicida

Die vltimo Mensis Februarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iacobo Micholich Teodoro quondam dominici omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ambrosius quondam Matchi seccatoris non ui neque metu sed sua spontanea uoluntate se accordauit ad seruiendum & famullandum Magistro Antonio quondam Agnoli de pensauro lapicide his pactis & condicionibus quod dictus Ambrosius teneatur & debeat bene & fideliter seruire obedire & famullari praefato Magistro Antonio usque ad terminum sex annorum proxime futurorum et praefatus Magister Antonius teneatur & debeat dare dicto Ambrosio vitum & vestitum honestum usque ad quinque annos proxime futuros & pro sexto & vltimo anno dare teneatur eidem Ambrosio vitum & vestitum & ducatos octo boni auri & iusti ponderis & ipsum docere artem suam fideliter Promittentes vna pars alteri & Altera alteri vicissim omnia & singula suprascripta perpetuo firma rata & grata habere tenere & non contrafacere uel venire per se uel alium sub pena librarum quinquaginta paruorum cuius pene medietas sit & esse debeat Comunis seu domini*) lis fieret & altera medietas partis suprascripta obseruantis

*) Manca evidentemente un „si“.

Pro Adam de Firmo contra Marinum

Die VII mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iohanne barlech Antonio lapicida de pensauro testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Marinus filius Cociani de los sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quatuordecim boni auri & iusti ponderis Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum resurrectionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti Sub pena quarti Et ad Maiorem cautellam praefati creditoris precibus dicti debitoris se plegij ac fideiussores constituerunt praefato creditori Martinus macellator & Vorichus maritus Marie xelexenicoue Pro omnibus & singulis suprascriptis firmiter obseruandis & attendendis Quos quidem plegios & fideiussores dictus Marinus debitor promisit indemnes conseruare a suprascripta plegiaria ac fideiussione cum obligatione omnium suorum bonorum *)

Pro Iudice rosso contra Iudicem damianum

Die XVI mensis Marcij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iacobo micholich Paulo Vidotich Martino aurifice de Segna omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Damianus quondam Matei sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Vito quondam Matchi praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta tres boni auri & iusti ponderis

*) Cancellato, con in margine la nota: „Die 26 mensis Marcij 1440 Ego Antonius de reno cancellarius cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Mauro Vidonich & georgio oslich testibus ad haec uocatis & rogatis

Et hoc pro vna vinea empta a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet singulo anno ducatos vndecim in festo Sci Martini sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem creditori obligauit & pro speciali pignere designauit vineam na coxal quam emit a dicto creditore & omnia alia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

PROCURA DOMINI MARTINI RAUNACHER

Die XVIII mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Castelinus Iohannis de pensauro Prodano radeni de Pago Iohannne barbich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Spectabilis ac generosus vir dominus Martinus Raunacher milles omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Vitum Matei de dicta terra Fluminis praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a Iohanne Barsario de Alemania olim habitatore dicte terre Fluminis omnem et singulam pecunie quantitatem quam quomodocunque ipsi constituenti dare teneretur & de per eum receptis finem dimissionem transitionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dilationes petendum testes & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c dans &c Promittens &c

PRO ADAM DE FIRMO CONTRA MARINUM DE LOS

Die XII mensis Aprilis In domo habitationis infrascripti Martini bechariij Praesentibus Ser Rafaele de fossambruno Magistro Iohanne sarctore de Alemania ambobus

habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus becharius de dicta terra Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos decem et octo boni auri & iusti ponderis & solidos decem & septem Et hoc pro vna plegiaria seu fideiussione quam fecit pro Marino filio Cociani de los Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad vnum mensem cum dimidio post festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum.

Pro Iacobo de rim de Iustinopoli contra Vitum sarctorem

Die XVI mensis Aprilis In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Ser Castelino Iohannis de pensauro ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis Ibique Vitus sarctor quondam georgij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iacobo de rim de Iustinopoli praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras quinquaginta paruorum Et hoc pro vino habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad vltimum diem Iunij proxime futuri sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad Maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit domum in qua habitat.

Procura Iohannis Francigene

Die XVIII mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus presbytero gaspare creso-

lich Iohanne dicto Iagnac Stefano cernolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Iohannes quondam Francisci de verarese de regno Francie ciuis ciuitatis Segne omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Nobilem virum Andream Sancti de Artona absentem sed tanquam praesentem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A Iohanne Cole metoldi de Nucera omnem & singulam pecunie quantitatem res & quecunque alia que quomodocunque ipsi costituenti dare teneretur & de per eum receptis finem dimissionem transitionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et ad sustituendum loco sui vnum uel plures procuratores & eos reuocandum rato manente praesente mandato Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda quae in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum duxerit facienda & necessaria ac utilia videbuntur que & quemadmodum ipse constituens facere posset si adesset dans & concedens eidem procuratori suo & sustitutis ab eo in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum plenum arbitrium &c Promittens &c

Pro Ser Riçardo de Firmo contra Iachel arar

Die XVIII mensis Marcij*) In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Adam Antonij de Firmo Prodano de pago petro glauinich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus arar de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se

*) Evidentemente dev' essere Aprilis.

suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Riçardo Iodovici de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta vnum & solidos quatuordecim paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit usque ad festum Sce Malgarete proxime futurum dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bullatum de Ospergo siue tot clauos a viginti quinque a domo in electione ipsius creditoris quod ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

Testificatio pro Stefano mortat

Die XVIIII mensis Aprilis In statione mei notarij infrascripti Coram Spectabili ac generoso viro domino Iacobo Nobili viro Bartolo Misuli Çupano Volcina de Castua testis productus per Stefanum Mortath in lite quam habet cum fraternitate Sci Iohannis de Castua Examinatus per suprascriptos dominos non delato eidem sacramento de voluntate praesentium dixit & testificatus fuit qualiter dominus olim presbyter Doclegna plebanus Castue coram eo dedit libertatem plenam praefato Stefano mortath ad exigendum & recuperandum denarios pro quibus dictus quondam dominus plebanus fideiussit Ecclesie Sce Elene & denarios quos habere debeat a comunitate Castue quos soluit pro dicta Comunitate Interrogatus quis erat praesens quando praefatus quondam plebanus dedit hanc libertatem praedicto Stefano mortath respondit quod Nicolaus marolich fuit praesens.

Testificatio pro praedicto

Vltrascriptis die ac loco Nicolaus Marolich de Castua testis productus per praefatum Stefanum mortath &

*) Cancellato, con in margine la nota: „1440 die 16 Iullij Cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Nicolao micholich & Iacobo eius fratre Ego Antonius cancellarius scripsi"

examinatus per suprascriptos dominos non delato tamen eidem sacramento de voluntate praesentium dixit & testificatus fuit qualiter fuit praesens simul cum suprascripto Çupano Volcina quando praefatus quondam presbyter doclegna plebanus castue dixit Sermanich voluit me interficere & ideo ego do tibi Stefano Mortath animam corpus et gaçam & do tibi plenam libertatem exigendi denarios pro quibus fideiussi Ecclesie Sce Elene & denarios quos habere debeo a comunitate Castue quos soluit pro dicta comunitate & ipsos do tibi

PRO PRODANO DE PAGO CONTRA CERNOLICH

Die XXIIII mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus georgio sarctore quondam Stefani Laurentio marinario quondam blasij ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus cernolich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Prodano de pago habitatori dicte terre Fluminis libras quinquaginta quinque paruorum Et hoc pro vino habito a dicto Prodano Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta*)

PROTESTUS IUDICIS PAULI CONTRA SER TONSAM

Die XXV mensis Aprilis In Statione mei notarij infrascripti Coram Spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher Capitaneo domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano Nobilibus viris Iudice Ambrosio quondam Ser Marci Iudice Iohanne misuli & alijs consiliarijs Comparuit Iudex Paulus quondam Ser Marci asserens & dicens

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die XI mensis Iunij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Iohanne Misuli Iudice Nicolao micolich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi"

qualiter Iglinine volebant mittere ad incantum suam muraleam pro fideiussione siue plegiaria quam fecit praedictis Iglininis pro Ser Tonsa quondam Ser Nicole Quapropter protestatus fuit contra Ser Tonsam absentem sed tanquam praesentem ducatos centum & quinquaginta auri pro sua muralea.

Pro Adam de Firmo contra Pernatum de labaco

Die XXVI mensis Aprilis In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Petro glauinich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Pernatus de labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum & solidos tresdecim paruorum Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori bombardelas triginta tres usque ad quatuor dies proxime futuros sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata &c

Pro Ser Riçardo de Firmo contra georgium Florean

Die XXVIII mensis Aprilis In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Francisco fabro quondam Martini Bencho de Sagabria omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius Florean de Cranburch sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Riçardo Lodouici de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta tres auri Et hoc pro oleo & vua passa habitis a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis tan-

tum ferrum bonum & bullatum quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie pro precio quo tunc vendetur ab alijs mercatoribus usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro paulo de Recanato & biasolo de Vegla

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Petro glauinich georgio glauinich georgio sarctore quondam Stefani omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Paulus Antonij de recanato dedit & tradidit biasolo Fantucij de Recanato duos caratelos plenos oleo pro precio ducatorum quinquaginta auri his pactis & condicionibus quod dictus biasolus dictum oleum vendere debeat Vegle precio meliori quo poterit & quicquid lucri fuerit vltra dictum capitale ducatorum quinquaginta auri pro miliari debeat diuidi inter praefatos Paulum & biasolum paribus portionibus & siquid damni sequetur similiter diuidi debeat inter praefatos paribus portionibus Et quod dictus biasolus teneatur & debeat dare denarios qui extrahentur de dicto oleo in reuersioni dicti pauli a Marchia id est de capitali & de lucro medietatem qui Paulus coram testibus suprascriptis & me notario infrascripto fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a dicto biasolo ducatos decem & nouem auri pro parte solutionis capitalis dicti olei

Pro Ser Riçardo de Firmo contra Vorichum de labaco

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Damiano quondam Matei Paulo Vidotich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vorichus Piliparius de labaco fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a Ser Riçardo lodouici de Firmo ducatos ducentos boni auri & iusti ponderis nomine mutui Pro qua quidem pecunie quantitate & Milliaribus quinque olei ex quibus recepit çabros duodecim in ratione ducatorum quadraginta nouem dare & consignare promisit dictus

Vorichus debitor praefato Ser Riçardo creditori tantum ferrum bonum & bullatum de Ospergo quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie & olei in ratione ducatorum quatuordecim pro singulo milliari usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

Procura domini Martini in Iohannem Francum de Costancia

Die XXVIIII mensis Aprilis Ante portam terre Fluminis Sci Viti a mari praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Michaele de Iadra calafato Iohanne barlech omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Strenuus milles dominus Martinus Raunacher omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Iohannem Francum de Constantia praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum verum et legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A Iohanne bursario de Alemania olim habitatore dicte terre Fluminis libras quadraginta paruorum & de per eum receptis finem dimissionem transitionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c dans &c Promittens &c.

Pro Prodano contra Stefanum Cernolich

Die quarto mensis Madij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Petro glauinich et Simone

*) In margine è annotato: „Praesente Ser Ançelino bonfiolo Petro Antonij de Ancona Cancelaui & aboleui praesens Instrumentum debiti de Mandato Petri Marini quondam Rimidij de Firmo die vltimo mensis Ianuarij 1441.“

Violich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus cernolich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Prodano de pago praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras septem paruorum vltra libras quinquagintaquinque quas eidem prodano prius dare tenebatur Et hoc pro vino habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Adam de Firmo contra Matiasium

Die septimo mensis Madij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus presbytero Antonio Visignich Iusto Vidotich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Matiasius de Iapre sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras vigintinouem et solidos tresdecim paruorum Et hoc pro denarijs mutuatis & vino habito a dicto creditore.

Pro Vito domini Arcidiaconi contra Vitum sarctorem

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iurcho de dreuenico Iacobo georgij de cherso marinario testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus sarctor quondam georgij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus &

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die XI mensis Iunij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Iohanne Misuli Iudice Nicolao micolich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi.“

confessus se iuste teneri & dare debere Vito domini Arcidiaconi praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras triginta duas & solidos decem paruorum Et hoc pro vino habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum Sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit domum suam in qua habitat Michsa varilarius expedita ab omni & singulo livello. *)

Pro Iudice Mateo quondam Ser donati contra colam Stopam de barulo

Die septimo mensis Madij in Statione infrascripti Iudicis Matei in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Martino Xatani georgio petriçich Pantafçich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrucius filius Nicolai dicti Cola Stopa de barulo tanquam procurator & procuratorio nomine praefati Nicolai patris sui vti constat publico procuratoris Instrumento scripto manu Ser Gulielmi magistri Andree de Aghono de licio notarij Anno domini 1439 die vndecimo mensis septembris a me notario infrascripto viso & lecto habens ad infrascriptam plenam libertatem fuit contentus & confessus se habuisse & recepisse ac sibi integre datos solutos & numeratos esse a Iudice Mateo quondam Ser Donati habitatore dicte terre Fluminis centum et qvinque ducatos boni auri Renuncians nomine quo supra exceptioni sibi non date & non solute dicte quantitatis pecunie omni que alij suo iuri ac legum auxilio Promittens nomine quo supra solemni stipullatione eidem Iudici Mateo praedictam solutionem & omnia alia & singula suprascripta firma & rata habere tenere & non contrafacere uel venire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena

*) Cancellato, con in margine la nota: „1444.o die XXIIII.to mensis nouembris aboletum fuit praesens Istrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati & Cusma mulsetich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs“

dupli dicte quantitatis pecunie stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa.

Pro Prodano contra Ser Castelinum

Die decimo mensis Madij In Statione infrascripti debitoris In Terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Damiano quondam Matei georgio sarctore quondam Stefani ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Castelinus Iohannis de pensauro sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Prodano de Pago habitatori dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos decem boni auri & iusti ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Francisco fabro

Die XVI mensis Madij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Blasio dicto blasuta Georgio crastich Mateo de Cregnino omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Blasius quondam Bartolomei de cauixolo per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse A Francisco fabro quondam Martini libras sexaginta paruorum Et hoc pro parte solutionis librarum centum & viginti paruorum quas dare tenebatur dictus Franciscus faber praefato Blasio & Iohanni eius fratri.

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1440 die XXVIII mensis Augusti cancelatum fuit praesens Instrumentum de voluntate Prodani creditoris praesentibus Martino aurifice & georgio sarctore quondam Stefani testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius de reno cancellaui.“

Finis pro Adam Antonij de Firmo

Die XVI mensis Madij In Statione mei notarij infrascripti In terra Fluminis Sci Viti praesentibus Circumspecto Millite domino Martino Raunacher Iudice Ambrosio quondam Ser Marci Iudice Damiano quondam Matei Petro glauinich georgio Iudicis Stefani de dreuenico omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quirinus quondam Michlini de Vlachi per se suosque heredes ac nomine & vice Nicolai Marci & bartolomei fratrum suorum pro quibus promisit de rato & rati habitudine obligando se & omnia sua bona fecit Ade Antonij de Firmo praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus ac vice & nomine Ser Tomasij Vagni de Firmo & suorum heredum stipullanti & respondenti finem quietationem remissionem transitionem & pactum de vlterius non petendo de omni & singulo debito iure & actione & de omnibus & singulis ad que praefatus Adam nominibus quibus supra praefatis Quirino Nicolao Marco & bartolomeo siue alteri ipsorum actenus tenebatur seu teneri poterat quacunque *(sic)* Et hoc ideo quia praefatus Quirinus nominibus quibus supra fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a praedicto Adam nominibus quibus supra ducatos triginta octo auri & solidos triginta nouem paruorum pro resto & complemento omnium & singularum rationum ac differentiarum quas quomodocunque habuissent siue habere potuissent heredes quondam Michlini de Vlachi cum praedicto Adam nominibus quibus supra ac sibi integre solutum & satisfactum fuisse de omni debito iure & actione & de omnibus & singulis ad que praefato Quirino nominibus supra praedictus Adam nominibus quibus supra actenus tenebatur seu teneri poterat ex aliquo Instrumento uel scriptura siue alia quacunque ratione uel causa Et volens ac mandans omne instrumentum & scripturam ex quibus appareret praedictum Adam nominibus quibus supra fuisse actenus obligatum praefato Quirino nominibus quibus supra aliqua ratione uel causa ex nunc cassa & vana esse & habita ineficacia & cancelata nec non absoluens & liberans praedictos Adam & Tomasium & eorum heredes & bona per acceptilationem & aquilianam stipulationem legitime interpositam Promittens praefatus quirinus nominibus quibus supra prae-

dicto Ade nominibus quibus supra stipullanti omnia & singula suprascripta perpetuo firma rata & grata habere tenere & non contrafacere uel venire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto Sub pena dupli eius quod peteretur stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa.

Pro Adam de Firmo contra Martinum morganich de Iadra

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Petro glauinich Cola Antonij luce de pensauro testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Cum precibus Martini morganich quondam Flori de Iadra Adam Antonij de Firmo se constituerit plegium & fideiussorem Mateo fabro de labaco pro dicto Martino pro ducatis viginti octo libris tribus & solidis septem paruorum Idcirco dictus Martinus per se suosque heredes & successores promisit & se obligauit conseruare indemnem praefatum adam praesentem & pro se suisque heredibus stipullantem a dicta plegiaria siue fideiussione facta pro eo praedicto Mateo & ipsum liberare ab omni damno expensis & interesse cum obligatione omnium & singulorum suorum bonorum praesentium & futurorum

Pars capta pro ouis vendendis quinque pro solido

Vltrascriptis die ac loco per generosum virum dominum Iacobum Raunacher capitaneum Iudices & consilium dicte terre Fluminis capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet quod nulla persona cuiuscunque conditionis existat audeat aut praesumat in futurum vendere oua minus quam quinque oua pro singulo solido Sub pena solidorum quadraginta pro singula vice cuius pene tercia pars sit accusatoris Et quod de pena deuenienti accusatori id est de tercia parte non possit fieri gratia

Pro Iudice Paulo contra Ser Tonsam

Die XXII mensis Madij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus domino presbytero gaspare filio Iudicis Ambrosij Iudice Damiano quondam Matei Teodoro

quondam dominici omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Cum precibus Ser Tonse quondam Ser Nicolai Iudex Paulus quondam Ser Marci se constituerit plegium & fideiussorem Iudici Nicolao quondam Antonij pro ducatis octuaginta sex boni auri & iusti ponderis pro ipso Ideirco praefatus Ser Tonsa nolens dictum Iudicem paulum hanc ob causam aliquod detrimentum siue damnum pati per se suosque heredes & successores obligauit & pro speciali pignere designauit dicto Iudici Paulo praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti domum suam in qua habitat cum orto sibi contiguo cum omnibus iuribus habentijs & pertinentijs dictis domui & orto quomodocunque spectantibus & pertinentibus.

Pro Iacobo pilipario contra Martinum grubich & dragam eius uxorem

Die XXVI mensis Madij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Damiano quondam Matei Cola Antonij luce de pensauro testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus grubich & draga eius uxor sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Iacobo pilipario de Cranburch habitatori grobinici praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras viginti vnam solidos quinque paruorum nomine Mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promiserunt dicti debitores praefato creditori usque ad tres annos proxime futuros sub pena quarti Et ad Maiorem cautellam praefati creditoris dicti jugales eidem obligarunt & pro speciali pignere designarunt vnum suum ortum positum in districtu Fluminis in loco qui dicitur beli camich Quem ortum usufructuare debet usque ad tres annos sine aliqua solutione praefatus creditor

Pro georgio belauer contra magistrum Iohannem aurificem

Die tercio mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Ançe sarctore de Alemania

Cola de pensauro omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes belstersar aurifex habitator dicte terre Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse A georgio belauer habitatore venetiarum duas vegetas plenas Maluatico in ratione ducatorum viginti quinque boni auri pro Amphora precium cuius maluatici soluere debet per terminos infrascriptos prout reperietur in mensura videlicet medietatem precij usque ad vltimum diem Augusti proxime futuri & alteram medietatem usque ad festum Sci Martini proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Francisco fabro contra Martinum Xatani

Die VIII mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Damiano Vito domini Matei testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus Xatani tanquam Gastaldio fraternitatis Sce Marie de dicta terra Fluminis fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse A francisco fabro quondam Martini libras triginta duas paruorum

Pro Adam de Firmo contra Gregorium conopse

Die VIIII mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus domino presbytero gaspare cresolich Iohanne barlech ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Gregorius conopse de los sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die XXIIII mensis octobris cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus testibus Iudice Damiano quondam Matei & Petro glauinich — Ego Antonius cancellarius scripsi“

contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quatuordecim boni auri & iusti ponderis Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro domino Martino Raunacher

Die XV° mensis Iunij In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Stefano blasinich Ser Castelino de pensauro Petro glauinich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique dominus presbyter Mateus plebanus Chregnini Iohannes chernich Benco Satnicus omnes habitatores Cregnini sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere generoso Milliti domino Martino Raunacher praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos viginti boni auri & iusti ponderis nomine puri ac meri Mutui Quos quidem ducatos dare & restituere promiserunt dicti debitores praefato creditori in dicta terra Fluminis usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena ducatorum quadraginta Auri cuius pene medietas sit dominij sub quo dictum debitum petetur & Altera medietas praefati creditoris cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua quidem pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudici Nicolao contra Iachel Arar

Die XVI mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Bartolo Misuli Iudice Mauro

Vidonich Cola de pensauro omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus Arar de lach fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse A Iudice Nicolao micholich Çabros quinque et medros tres olei in ratione ducatorum quinque Auri pro Çabro Pro qua quidem olei quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori ferrum bonum siue denarios usque ad festum Sci Michaelis proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Paulo barbitonsore contra Marinum de sampalay

Die XVIII mensis Iunij In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Antonio Dominico carpentario Blasio cerdone omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Marinus quondam Crismani de sampalai tale fecit pactum & concordium cum Magistro Paulo Vidotich barbitonsore videlicet quod dictus Magister paulus teneatur & debeat bene & diligenter Mederi praefato Marino duo vulnera quae habet super capite usque ad integram sanitatem et praefatus Marinus teneatur & debeat dicto paulo dare & soluere sex ducatos boni auri & iusti ponderis pro labore suo ac medicinis postquam erit incolumis Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis praefatus Marinus dicto Magistro paulo obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro luca cauretich & gregorio pilar

Die XVIIII mensis Iunij In Statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Georgio crastich Çupano golobich Bartolomeo melcherich omnibus ciuibus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Gregorius Marini fabri & lucas cauretich taliter conuenerunt & tale fecerunt simul pactum & concor-

dium videlicet quod dictus lucas teneatur quomodocunque & quotiencunque erit oportunum suis expensis conducere omnia & singula lignamina necessaria pro Aptando Seccam praedicti gregorij posita in loco dicto Stari brod praedictus tamen gregorius teneatur ipsa lignamina incidere & in laborerio ponere omnibus suis expensis et vterque ipsorum paribus portionibus teneatur aptare clausuram aque quotienscunque erit oportunum hac condicione & pacto quod praedictus gregorius teneatur omni & singulo anno seccare dicto luce centum planchonos quando dictus lucas voluerit & habere debeat praedictus gregorius solidos quatuor pro singulo planchono pro seccatura Et quod uterque ipsorum possit & valeat iura & actiones quas habet in dicta secca vendere & allienare cum pactis & condicionibus suprascriptis et quod ille qui vellet vendere siue alienare iura siue actiones suas teneatur alterum interrogare si vellet emere siue illo modo acquirere quo alij volunt emere siue acquirere Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vnus alteri vicissim obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Petro Marino contra Petrum pochlenech

Die XX mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Cola de pensauro Vito matronich Iohanne coxarich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus primi pochlenech de Cramburch sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petromarino quondam romidij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos sexaginta tres boni auri & iusti ponderis Et hoc pro Çafrano habito a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis tantum ferrum bonum & bullatum quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in ratione tresdecim ducatorum pro singulo milliari usque ad festum Sci

Michaelis de mense septembris proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro Iudice Nicolao micholich contra Iacobum Arar de lach

Die XVI mensis Iullij In Statione infrascripti creditori in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Riçardo de Firmo mercatore in dicta terra Fluminis Iohanne belsterfar aurifice Veneciano de Cregnino testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus arar de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micholich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta vnum boni auri et solidos viginti octo Et hoc pro oleo habito a dicto creditore pro qua quidem pecunie quantitate dare promisit dictus debitor praefato creditori ferrum bonum ferrum siue peccuniam in electione ipsius creditoris usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Protestus Toschani quondam Çanobij

Die XVII mensis Iullij In Sacrastia ecclesie Sce Marie terre Fluminis Sci Viti praesentibus Clerico Stefano Iuanulich Simone oslich Curilo de la Cupriua omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram venerabili viro domino presby-

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die 6 mensis Marcij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Magistro Iohanne sarctore de Alemania et Benedicto quondam Ser Çoni de pensauro testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius scripsi“

tero Mateo Arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis Sedente cum presbytero Iacobo quondam tomasoli presbytero Gaspare Iudicis Ambrosij presbytero Vito scolich Comparuit Toschanus quondam Çanobij habitator dicte terre Fluminis asserens & dicens qualiter propter iniuriam & verecundiam sibi illatam A presbytero Antonio Visignich vti in querela eiusdem toschani contra dictum presbyterum Antonium facta coram Reverendo In Christo patre domino episcopo polensi ac suprascripto domino Arcidiacono continetur ac pro damno & interesse prefato Toschano propter hoc secutis protestatur libras mille paruorum aduersus praedictum presbyterum Antonium licet absentem sed tanquam praesentem

Pro Paulo lustalar contra Iudicem Maurum

Die XVIII mensis Iullij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Iudice Paulo quondam Ser Marci Iudice Nicolao micholich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Maurus Vidonich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Valentino Iurlinovich praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine Iudicis Pauli lustalar de labaco ducatos trecentos & decem et octo auri & solidos sexaginta paruorum Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sancti Michaelis de mense septembris proxime futuro sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Protestus Iudicis Nicolai Ade & Valentini

Die XXI mensis Iullij Sub arbore ante portam terre Fluminis Sci Viti a mari praesentibus Ser Antonio

*) Cancellato, con in margine la nota: Cancelaui de voluntate creditoris praesentibus Petro marino & Ser Castelino 1440.“

pertusano Iohanne merçario Cusma mulsetich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram generoso Millite domino Martino Raunacher Vicecapitaneo domino Ambrosio quondam Ser Marci domino Mateo quondam Ser donati honorabilibus Iudicibus dicte terre Fluminis Comparuerunt Iudex Nicolaus micholich Adam Antonij de Firmo Valentinus quondam Iurlini asserentes & dicentes qualiter fecerant venditionem certe quantitatis ferri id est Milliariorum XIIII existentis buchari Iacobo bucij de Artona per Magnificum dominum Comitem Martinus et quia senserunt quod idem Iacobus uult dictum ferrum emere Idcirco protestantur contra dictum Iacobum ibidem praesentem omnem & singulam quantitatem ferri quam illic acceperit de ferro praedictorum cum ipsi sint domini & patroni eiusdem ferri Nisi ipsis integre soluerit prius.

Responsio ad suprascriptum protestum

Vltrascriptis die loco ac testibus praefatus Iacobus bucij de Artona respondit quod ipse non cognoscit aliquod ferrum dictorum protestantium et quod si aliquis ipsorum siue alius loco eorundem ostenderit ferrum ipsorum quod illud non accipiet nisi ipsis soluerit Sed cum sit aduena & non cognoscat aliquam quantitatem ferri praedictorum protestantium existentis buchari ipse emet libens a quolibet sibi vendere volenti.

Accordatio famuli Ser Bartolomei ab aqua de Clouca

Die XXIII mensis Iullij in Terra Fluminis Sci Viti in Statione mei notarij infrascripti praesentibus Stefano callelli de Ancona Gregorio quondam Perini de arimino Georgio quondam Nicolai de Fano testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus de Schorouoie de Spalatro se obligauit ad seruiendum Ser Bartolomeo ab aqua de Clouca per vnum annum proxime futurum incipiendo A die praescripto his pactis & condicionibus videlicet quod dictus Petrus bene & fideliter teneatur seruire & obedire praefato Bartolomeo & praefatus Bartolomeus teneatur praedictum Petrum bene tractare & eidem pro suo sa-

lario dare ducatos vndecim boni auri & iusti ponderis & expensas oris sine vestitu & calceatu Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia.

Pro Simone de Esculo contra Simonem pilaro

Die XXVII mensis Iullij In Terra Fluminis Sancti Viti ante furnum quondam Ser Andregeti Praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Adam Antonij de Firmo Gaspare eius fratre omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon pilar de dicta terra Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Simoni Vani Mucij de Esculo ibidem praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum & viginti septem paruorum Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro praedicto contra Ambrosium radolich

Die XXVII mensis Iullij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Adam Antonij de Firmo Iacobo micholich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ambrosius radolich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Simoni Vani Mucij de Esculo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum triginta septem solidos decem paruorum pro carnibus salitis diffalcato salario vnius solidi quem habere debet pro singula libra pro exigendo Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere pro-

misit dictus debitor praefato creditori usque ad carnis priuium proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

Procura Simonis de Esculo in Adam Antonij de Firmo

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Cosma mulsetich Milasino calafato luca samburich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon Vani Mucij de Esculo omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Ser Adam Antonij de Firmo ibidem praesentem & infrascriptum mandatum suscipientem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti omnem & singulam pecunie quantitatem res & quaecunque alia & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari ad agendum petendum &c Et generaliter &c dans &c promittens &c

Protestus Iudicis Pauli contra Ser Tonsam

Die XXVIIII mensis Iullij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus venerabili viro domino presbytero Mateo arcidiacono Iudice Mauro Vidonich Iudice damiano quondam Matei Ibique coram Nobili viro domino Mateo honorabili Iudice terre Fluminis Comparuit Iudex Paulus quondam Ser Marci asserens & dicens qualiter pro plegiaria quam fecit domino Martino Raunacher pro Ser Tonsa quondam Ser Nicole pro ducatis viginti eius vinea posita pod

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die XX mensis Iulij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Mauro Vidonich & Iacobo cigantich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi.“

sparichia craste incantatur ad petitionem praefati domini Martini pro ducatis quatuordecim auri pro dicto Ser Tonsa Quapropter protestatur ducatos centum auri pro dicta vinea si ipsam dictus Ser Tonsa perdere dimiserit & Pro vsufructibus dicte vinee istius anni libras centum paruorum contra praefatum Ser Tonsam ibidem praesentem & non contradicentem

Pro Iudice Nicolao contra Iudicem Maurum

Die tercio mensis Augusti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Castelino de pensauro Petro glauinich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Maurus Vidonich per se suosque heredes & successores promisit & se obligauit dare & numerare in manibus Iudicis Nicolai micholich ducatos vndecim boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quinque fassijs ferri sequestratis ad petitionem quondam Çamparini usque ad festum resurrectionis Domini nostri Ihesu Christi proxime futurum saluo tamen si aliquis vicerit in Iudicio praedictos fassios quinque ferri loco siue vice ipsius quondam çamparini.

Donatio domine Malgarite uxori Ser Ançelini in ratchum & eius uxorem cernauam

Die XII mensis Augusti In Terra Fluminis Sci Viti In domo habitationis infrascripti Ser Ançelini praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Iacobo micholich Iacobo cigantich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Domina Malgarita uxor Ser Ançelini bonfioli de Florentia dixit asseruit & affirmauit qualiter de voluntate & consensu ipsius Ser Ançelini per se suosque heredes & successores iam sunt duo anni quibus dedit tradidit atque donauit pure libere simpliciter & irreuocabiliter nomine pure libere simplicis & irreuocabilis donationis que fit & dicitur inter vivos Ratcho de pago habitatori Ciuitatis Segne et Cernaue eius uxori tunc ibidem praesentibus vnam domum positam in Ciuitate Segne ab uno latere Petrus remerius de Segna A secundo domus Capituli Segne et A tercio via publica uel alij siqui forent plures uel

viciniores confines his pactis & condicionibus quod dicti Ratchus et Cernaua possint & valeant praedictam domum tenere & usufructuare usque ad uitam utriusque siue alterius ipsorum et post mortem predictorum jugalium dicta domus deuenire debeat in capitulum Segne hac condicione quod dictum capitulum semper & in perpetuum teneatur & debeat cantare vnam missam in die Sci Michaelis de mense septembris ut moris est Segne pro anima dictorum jugalium & suorum defunctorum Quam quidem donationem & omnia & singula suprascripta praedicta donatrix per se suosque heredes & successores dictis Ratcho et cernaue jugalibus & cuilibet ipsorum promisit firma rata & grata habere tenere & obseruare & non contrafacere uel venire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena dupli valoris dicte rei vendite habita ratione melioratus & reficiendi atque restituendi omne damnum expensas ac interesse litis & exstra cum obligatione omnium suorum bonorum stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa

PRO AGNIA LUCHAÇEUA CONTRA LAURENTIUM LABUTICH

Die XV mensis Augusti in Statione mei notarij infrascripti praesentibus domino presbytero Mateo Arcidiacono & plebano terre Fluminis Iudice Marco glauinich Iudice Mauro Vidonich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Laurentius labutich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Agnie uxori quondam lucacij praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos uigintiocto cum dimidio boni auri & justi ponderis Et hoc pro vna domo empta a dicto debitore a dicta creditrice Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefate creditrici per terminos infrascriptos videlicet singulo anno ducatos decem usque ad integram solutionem sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Procura blasij & Stefani de Cauixolo in presbyterum Ieronimum de Cherso

Die XVI mensis Augusti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus presbytero Iohanne Micholich Vito matronich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Blasius & Stefanus fratres quondam Bertai de cauixolo omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuerunt & potuerunt fecerunt constituerunt creauerunt & ordinauerunt presbyterum Ieronimum Martincich de cherso praesentem & infrascriptum mandatum suscipientem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum omnia & singula pignera quae fuissent quondam dominae Matee uxoris Iudicis Iuacij & de per eum receptis finem dimissionem & pactum de vlterius non petendo Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

Pro Vito matheuich contra Ceçelam uxorem Ilie

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Cusma radolich Stefano mortath Breçscho marinario testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Çeçela uxor Ilie cauponis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores tanquam plegia praefati Ilie mariti sui fuit contenta et confessa se iuste teneri & dare debere Vito Matiieuich praesenti & pro se suisque heredibus recipienti libras septuaginta paruorum quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dicta debitrix praefato creditori usque ad nouem menses proxime futuros sub pena quarti qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta & ad maiorem cautellam praefati creditoris dicta debitrix eidem obligauit & pro speciali pignere designauit domum suam in qua habitat cum obligatione omnium suorum bonorum.*)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1451.o die X.o mensis septembris cancellatum fuit praesens Istrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Nicolao de Candia & Bortolo cerdone ambobus ciuibus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi.“

PROCURA PETRE & DOMINICE SORORUM IN PRESBYTERUM IERONIMUM DE CHERSO

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Cusma radolich Stefano mortath Ilia Caupone testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petra uxor Michaelis çichouich de cherso & dominica eius soror omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuerunt ac potuerunt fecerunt constituerunt creauerunt presbyterum Ieronimum Martinçich de cherso suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem in omnibus suis placitis litibus & controuersiis quas habent seu habituri *(sic)* sint cum quacumque persona Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c dans &c Promittens &c

PRO DOMINO ARCIDIACONO

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Vito rosso marco çersatich presbyter Ieronimus quondam . . . o . . . de Cherso tanquam procurator Blasij & Stefani petre et dominice fratrum exegit & recuperauit a domino presbytero Mateo Arcidiacono vnum pletach & sex sonaleos de argento pro libris quatuordecim paruorum & ducato vno auri

PROTESTUS MAGISTRI NICOLAI CONTRA LUCAM DE RAGUSIO

Die XVI mensis Augusti In Statione infrascripti Ade in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Castelino de pensauro Adam Antonij de Firmo Iacobo micolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Magister Nicolaus quondam Andree de Venetijs ciuis Ancone Comparuit Coram strenuo millite domino Martino Raunacher vicecapitaneo & domino Mateo quondam Ser donati honorabili Iudice dicte terre Fluminis asserens & dicens qualiter fecit quasdam conuentiones cum luca Michaelis de Ragusio pro faciendo sibi vnam charachiam prout continetur in cirographo scripto manu dicti luce Et quia praedictus lucas non seruat

conuentiones factas inter eos Idcirco praelibatus Magister Nicolaus protestatus fuit omnibus iuris remedijs quibus melius potuit contra dictum lucam ibidem praesentem omne & singulum damnum & interesse prout in suprascripto cirographo continetur si et in quantum praedictus lucas sibi lignamina necessaria pro dicta charachia facienda non preparauerit usque ad dies viginti proxime futuros

Pro Bartulo tanquam procuratore Ser Andree quondam Viani de Marano contra Ser Ançelinum & Ser Castelinum

Die XVII mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione infrascripti Ser Castelini praesentibus Ser Iohanne guidonis de Marano Vito matronich Ser Prodano de pago ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Ançelinus bonfioli de Florentia & Ser Castelinus Iohannis de pensauro sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores tanquam plegij & fideiussores Ser rafaelis Francisci de Fossambruno fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Bartulo nato Ser Iohannis de Castiono praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine Ser Andree quondam viani de Marano ducatos octuaginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro resto solutionis vnius Marciliane dicti Ser Andree vendite praedicto Ser Rafaeli A praelibato bartulo tanquam procuratore dicti Ser Andree quos quidem ducatos octuaginta dare & soluere promiserunt praefati Ser Ançelinus & Castelinus praedicto creditori usque ad festum Sancti georgij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro domino Martino Raunacher contra Ser Rafaelem

Die XVII mensis Augusti In Statione infrascripti debitoris praesentibus Iudice damiano quondam Matei Ser Castelino Iohannis de pensauro dominico carpentario de Iadra omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs

Ibique Ser Rafael Francisci de Fossambruno sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere generoso Milliti domino Martino Raunacher praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum boni auri & iusti ponderis nomine mutui quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad vnum annum proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit domum suam in platea positam & vineam in xenichoui iuxta Iudicem damianum.

Pro Capitulo terre Fluminis pro Statione

Die XVII mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus testibus Martino aurifice de Segna Paulo Vidotich barbitonsore & alijs Ibique presbyter Iacobus presbyter Gaspar presbyter Iohannes & presbyter Vitus omnes canonici dicte terre Fluminis nomine totius capituli dicte terre Fluminis Interrogarunt Ser Antonium pertusano si uellet dare tresdecim ducatos auri singulo anno pro affictu Apoteche Capituli praedicti sin autem vellent alij dare qui respondit quod ipsam Apotecham nolebat pro dicto affictu et quod finito anno darent & affictarent eam cuicunque vellent.

Obligatio Iacobi Cole & Antonij bucij de Artona

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Ser Ançelino bonfiolo de Florentia Antonio quondam Nicolai de Malisana de Foro Iullij Mateo Magistri Christofori de Ancona testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Antonius Bucij de Artona et Iacobus Cole Reuonte de Artona se & quilibet eorum in solidum per se suosque heredes & successores promiserunt et obligarunt dare & consignare in manibus generosi millitis domini Martini Raunacher stipullantis ac recipientis vice ac nomine Strenui millitis domini Iohannis Reychenbur-

ger ducatos quatricentos boni auri & iusti ponderis usque ad festum Sci Michaelis proxime futurum sub pena dupli Nisi praefatus Iacobus gratiam inuenerit apud praedictum dominum Iohannem Et hoc pro fallo a praedicto Iacobo commisso Pro quibus omnibus &c

Pro Antonio bucij de Artona.

Vltrascriptis die loco ac testibus ac alijs Ibique Cum Antonius bucij de Artona precibus Iacobi Cole reuonte de Artona se obligauerit cum dicto Iacobo in solidum generoso Milliti domino Martino Raunacher stipullanti vice ac nomine Strenui Millitis domini Iohannis Reychenburger pro ducatis quatricentis boni auri & iusti ponderis Velut constat Instrumento scripto manu mei notarij & cancellarij infrascripti Millesimo ac die suprascriptis Idcirco praefatus Iacobus promisit & se obligauit seruare indemnem antonium praedictum a suprascripta promissione & obbligatione et ab omni & singulo damno & interesse que quomodocunque praedicto Antonio bucij sequerentur occasione praedicte promissionis & obligationis ducatorum quatricentorum auri cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum

Pro Capitulo terre Fluminis.

Die XVII mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Blasuta quondam petri Paulo Vidotich & bartolo melcherich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quirinus filius Iudicis Viti Couanich per se suosque heredes dixit & asseruit se fore contentum de dotatione facta per Iudicem Vitum Zounanich eius patrem de domo posita in dicta terra Fluminis iuxta dictum donatorem & Iudicem bartolum glauinich capitulo terre Fluminis cum condicionibus in Instrumento donationis contentis & dictam donationem perpetuo habebit firmam & ratam cum obligatione omnium suorum bonorum.

Pro Martino aurifice contra Martinum morganich

Die praescripto in terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Vito barolich Ser Prodano de pago testibus

ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus morganich per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se vice ac nomine Cipriani gregorice de Segna habuisse ac recepisse a Martino aurifice de Segna habitatore dicte terre Fluminis libras decem paruorum quos dare tenebatur praedictus Martinus praefato Cipriano

Protestus Simonis de Barberio

Die XVIII mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Andrea marinario et Iohanne Ser Nicolai merçario ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon Satnichus de barberio Coram Nobili viro domino Mateo quondam Ser donati honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit asserens & dicens qualiter fideiussit Radoiaço Capitaneo cersati pro Mateo Magistri Christofori de Ancona Pro quodam fallo a quodam marinario perpetrato Et nunc dictus Mateus recessit insalutato hospite Idcirco dictus Simon omnibus via modo iure & forma quibus melius potuit protestatus fuit contra praedictum Mateum licet absentem omne damnum & interesse que patietur ob hanc causam

Protestus Iacobi cigantich

Die XX mensis Augusti in littore maris ante portam terre Fluminis Sci Viti praesentibus testibus Stefano blasonich Mateo cersato Ibique Coram Nobili viro Iudice Mateo quondam Ser donati Comparuit Iacobus cigantich asserens & dicens qualiter Barchusius quem simul habet cum Francisco fabro quondam Martini stat in Stalia eo quod dictus Franciscus non seruat sibi pacta & conuenctiones inter ipsos habitas Idcirco protestatus fuit contra praedictum Franciscum ibidem praesentem medium ducatum singulo die quo stabit in Stalia.

Protestus capituli

Die XXI° mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Sacrastia ecclesie Sce Marie praesentibus Quirino subdiacono de breseço Quirino glauinich domigna de grobinico testibus ad haec uo-

catis & rogatis ac alijs Ibique venerabilis vir dominus presbyter Mateus plebanus presbyter Iacobus presbyter Gaspar presbyter Iohannes presbyter Vitus omnes Canonici dicte terre Fluminis dixerunt & asseruerunt qualiter presbyter Antonius Visignich querelam exposuit aduersus eos Coram reuerendo domino episcopo polensi dicens quod non dant sibi partem pro qua laborauit & alia multa Quapropter praedictus presbyter Mateus plebanus & canonici protestati fuerunt contra praedictum presbyterum Antonium ibidem praesentem pro expensis quas facient accedendo ad dominum episcopum praedictum & pro damno interesse ac verecundiam libras quinquaginta paruorum

Pro Iohanne bastasio contra Stefanum & gallum

Die XXII mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Ançelino bonfiolo de Florentia Ser Castelino de pensauro Martino aurifice de Segna omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus quondam Martini de Sagabria cerdo & gallus cerdo quondam Iohannis de Sagabria sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota cum obligatione omnium suorum bonorum per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Iohanni quondam petri de chiaui habitatori dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro pellibus habitis a dicto creditore hoc pacto quod dicti debitores teneantur & debeant facere de dictis pellibus subtellares et singula ebdomada dare & numerare dicto creditori omnes & singulos denarios quos extrahent de subtellaribus usque ad integram satisfactionem suprascripti debiti

Pacta Magistri Iacobi medici & Nicolai raynfalar

Die XXIIII mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus domino presbytero Gaspare cresolich Adam Antonij de

Firmo georgio cigantich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Magister Iacobus quondam georgij de Venetijs fecit tale pactum et concordium cum Nicolao raintaler videlicet quod dictus magister Iacobus debeat medicare & liberare praefatum Nicolaum de vulneribus & infirmitate quas patitur in tibia pro ducatis sexdecim auri boni & iusti ponderis quorum ducatorum sexdecim habere debet ducatos octo confestim cum dictus Nicolaus fuerit sanus et alios ducatos octo debet depositare apud quemdam virum fidedignum usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum Et si interim praefatus Nicolaus incolumis permanebit usque ad dictum terminum hoc est quod infirmitas non euigilabitur in dictum terminum praefatus Magister Iacobus habere debet dictos octo ducatos intelligendo quod si infirmitas euigilaretur defectu ipsius Nicolai idem tamen Magister Iacobus habere debeat integram solutionem Sed si euigilaretur quod absit in dictum terminum sine defectu praefati Nicolai Praefatus Magister Iacobus teneatur ipsum curare & liberare ut supra Idem tamen Nicolaus debet dictum magistrum Iacobum aduisare suis litteris de Euigilatione infirmitatis & permittere sibi mederi Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Francisco Fabro contra Blasium de cauisolo

Die XXV mensis Augusti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Stefano rusouich Iudice Bartolo glauinich testibus ad haec uocatis ac alijs Ibique Blasius quondam Bertai de cauisolo per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac manualiter recepisse a Francisco fabro quondam Martini libras triginta vnam et solidos octo paruorum Castue die XXIII mensis Madij de anno praesenti quando volebat limina Sce Marie de axia visitare

Protestus presbyteri Georgij de Castua

Die XXX mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser

Stefano blasinich Clerico Stefano Iuanuli Mochoro Seualich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Venerabili Viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis Comparuit presbyter Georgius de Castua asserens & dicens qualiter presbyter Iohannes cichada presbyter Marcus & presbyter Tomas canonici Castue nolunt sibi dare partem nec volunt sibi dicere ob quam causam quapropter protestatur contra praedictos canonicos singula ebdomada pro oblatione Altaris solidos quadraginta paruorum qua (*sic*) non dederunt neque dabunt partem non computando alios introitus Praesentibus praedictis presbytero Marco & presbytero Toma canonicis castue.

Protestus luce de Ragusio

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Nicholao micholich Stefano callelli de Ancona ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro domino Mateo quondam Ser donati honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit lucas Michaelis de Ragusio asserens & dicens qualiter magister Nicolaus calafatus de Venetijs ciuis ancone non seruat sibi pacta & conuentiones quas simul habuerunt pro factura vnius charachie siue nauis prout patet cirographo inter ipso facto et hoc quia incepit sibi nauim & ipsam non vult prosequi facere sed alijs uadit ad laborandum quapropter protestatur contra praefatum Magistrum Nicolaum ibidem praesentem omne & singulum damnum & interesse prout in suprascripto cirographo continetur

Pro Magistro Nicolao calafato de Venetijs

Vltrascriptis die loco ac testibus Nobilis vir dominus Mateus quondam Ser donati honorabilis Iudex dicte terre Fluminis ad petitionem Magistri Nicolai calafati de Venetijs ciuis Ancone interrogauit lucam Michaelis de Ragusio si uellet respondere protestui quem contra ipsum fecit praefatus Magister Nicolaus qui respondit quod respondere nolebat praefato protestui.

Pro Canonicis terre Fluminis

Die octauo mensis septembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus presbytero Iohanne çicada de Castua presbytero Paulo de Grobinico Ser Stefano blasinich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique presbyter Antonius Visignich per se suosque heredes fecit venerabili viro presbytero Mateo Arcidiacono & plebano presbytero Iacobo quondam Tomasoli presbytero Gaspari cresolich presbytero Iohanni Micholich presbytero Vito scholich omnibus canonicis terre Fluminis Sci Viti finem dimissionem quietationem transitionem & pactum de vlterius non petendo de omni debito iure & actione & de omnibus & singulis ad que praefati Canonici praedicto presbytero Antonio actenus tenebantur seu teneri poterant quacunque ratione uel causa Promittens praedictus presbyter Antonius praefatis Canonicis omnia & singula suprascripta perpetuo rata & grata habere tenere & non contrafacere uel venire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena dupli eius quod peteretur solemni stipullatione in singulis capitulis huius contractus promissa.

Pro Ser Castelino contra Bartolomeum ab aqua de Clouca

Die XII mensis septembris in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati georgio contouich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Bartolomeus ab aqua de Clouca per se suosque heredes & successores sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Castelino Iohannis de pensauro praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos octo boni auri & iusti ponderis Et hoc pro una plegiaria seu fideiussione quam fecit dictus Ser Bartolomeus praedicto Ser Castelino pro Signoro de Clouca Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus Ser Bartolomeus praefato Ser Castelino per totum mensem Marcij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suo-

rum bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Accordatio famuli pro Petrucio stopa de Barulo

Die XXIIII mensis septembris In pubblica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Iohanne Misuli Adam Antonij de Firmo Iacobo micholich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes quondam georgij de Ceruse non vi non metu sed sua spontanea voluntate se accordauit & obligauit ad standum cum petrucio Cole Stope de barulo praesente & dictum Iohannem acceptante pro tribus annis proxime futuris qui Iohannes promisit bene & diligenter servire predicto petrucio pro toto tempore trium annorum Et pro hoc predictus petrucius debet dictum Iohannem calceaere & facere eidem expensas dictis tribus annis Et eidem dare in dictis tribus annis duas vestes vnum mantellum duas diploides quatuor interulas & quatuor serabulas duo paria ocrearum vnum pileum & vnam çonam Et ducatos quinque boni auri & iusti ponderis Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendentis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia et futura.

Accordatio famule pro praedicto

Die praescripto In domo Iudicis Matei quondam Ser donati quae est in pubblica platea terre Fluminis Sci Viti Praesentibus Paulo Antonij de Recanato Antonio Nicolai de montealbodio Petro Antonij de Ancona testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ielena filia quondam Iohannis de plasi non vi non metu sed sua spontanea voluntate se accordauit & obligauit Ad standum cum petrucio Cole Stope de barulo praesente & dictam Ielenam acceptante pro tribus annis proxime futuris Que Ielena promisit bene & diligenter seruire

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die XI mensis Iullij cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus testibus Georgio diracich & Marco cersatich — Ego Antonius cancellarius scripsi.“

praedicto petrucio toto tempore trium annorum Et pro hoc dictus petrucius debet dicte Ielene dare vitum vestitum & calceamenta dictis tribus annis Et in capite dictorum trium annorum predictus Petrucius dare & soluere debeat dicte Ielene Pro suo seruitio id quod sibi videbitur Pro quibus omnibus &c

PROTESTUS SER TONSE

Die XXVIIII mensis septembris In Palatio excelsi domini nostri de Valse In terra Fluminis Sancti Viti Ibique Coram Spectabili Millite domino Martino Raunacher vicecapitaneo Iudicibus & consilio terre Fluminis praedicte Comparuit Ser Tonsa quondam Ser Nicole asserens & dicens qualiter in littore maris nareçiçe accepti fuerunt sibi quamplures remi sine eius licentia Quapropter ipse patitur & incurrit magnum damnum & detrimentum Et ideo protestatur contra eum quivis fuerit ducatos quadraginta auri et omne damnum & interesse secutum & secuturum.

PACTA PETRI DE AGUBIO & NICOLAI BALISTARIJ

Die quarto mensis octobris In Statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Mauro Vidonich Cola Antonij luce de pensauro omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus quondam Augustini de Agubio et Magister Nicolaus de Venetijs a balistis habitator dicte terre Fluminis tales simul fecerunt conuentionem & pactum videlicet quod praefatus petrus dare & consignare debeat dicto Magistro Nicolao in praedicta terra Fluminis fustos quingentos a balista sufficientes quales & quantos habet in monstra trium sortum usque ad tres menses proxime futuros Et dictus Magister Nicolaus praefato Petro dare & soluere teneatur libras viginti octo paruorum cum dimidio pro singulo centenario fustorum quamcitius consignata suprascripta quantitate fustorum Intelligendo tamen quod praefatus petrus recipere debeat a dicto Magistro Nicolao in solutione dictorum fustorum duas balistas in foro competenti Promittentes vna pars alteri adinuicem omnia & singula su-

prascripta attendere & observare sub pena librarum quinquaginta paruorum cum obligatione omnium suorum bonorum qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Martino aurifice contra Iacobum cerdonem

Die quarto mensis octobris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Cola de Pensauro Castelino de pensauro testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus cerdo de Curçula habitator terre Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Martino Aurifici de Segna habitatori terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta duos boni auri & iusti ponderis Et hoc pro corijs habitis a dicto creditore quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

Pro Francisco fabro contra Voinum de rubinico

Die quinto mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti Praesentibus presbytero Vito scholich Iudice Nicolao micholich Iusto Vidotich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Voinus quondam Radoslaui de Subinico sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Francisco fabro quondam Martini praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & succes-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die 19 Aprilis cancelatum fuit praesens Instrumentum de uoluntate creditoris praesentibus testibus Iudice Mauro Vidonich & Iudice Vito barolich — Ego Antonius cancellarius scripsi.“

soribus libras centum & viginti quinque paruorum Et hoc pro quodam barchusio praedicto debitori vendito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum Et si infra dictum terminum contingeret praedictum debitorem venire ad terram Fluminis praedictam idem debitor dare & soluere promisit praefato creditori medietatem dicte quantitatis pecunie sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

Pro Petro Marino de Firmo contra Michaelem pinçich & georgium chluch de lach

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Venerabile Viro domino presbytero Iacobo quondam Tomasoli Iudice Vito quondam Matchi omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Michael pinçich de lach & georgius chluch de lach ambo simul & in solidum sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Petro marino quondam rimidij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta duos boni auri & iusti ponderis et solidos octuaginta quatuor paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt dicti debitores praefato creditori usque ad festum Sci Georgij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta **)

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1443 die XVII mensis Iulij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Antonio cersatich testibus ad haec uocatis & rogatis. — Ego Antonius cancellarius scripsi.“

**) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die XV mensis Iulij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Mauro Vidonich Ser Rafaele de Fossambruno testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi“.

Depositio librarum XI solidorum 4 apud me cancellarium

Die sexto mensis octobris Extra portam terre Fluminis Sci Viti sub macello praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Mauro Vidonich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Ambrosius quondam Ser Marci honorabilis Iudex dicte terre Fluminis praecepit michi quatenus recipere deberem in deposito libras vndecim solidos duos & vnum solidum albanensem quas depositabat Magister Iohannes belsterfar aurifex quos denarios Idem Magister Iohannes dixit Strenuum Millitem dominum Coradum de Foramine dimississe in sua statione eodem Magistro Iohanne dictos denarios non acceptante. *)

Protestus barlech

Die XIII mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Agabito contouich et georgio eius fratre testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro domino Mateo quondam Ser Donati honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Iohannes barlech asserens & dicens qualiter Ser Ancelinus & Martinus aurifex non solverunt dacia que debent soluere exterius pro oleo quod conduxit dictus Iohannes extra pro suprascriptis Ser Ancelino & Martino & cum miserit ad Ser Ancelinum quod daretur sibi denarios pro dictis dacijs eo quod vellet accedere labacum & noluit Ideirco protestatus contra suprascriptos Ser Ancelinum & Martinum singula die qua retinentur pro dictis dacijs vnum ducatum auri.

Responsio

Vltrascriptis die ac loco praesentibus testibus Iacobo cigantich & georgio petriçich Coram suprascripto domino Iudice comparuerunt Ser Ancelinus & Martinus aurifex Dicentes qualiter Iohannes barlech fecit protestus contra eos pro solutione daciorum Ideirco

*) Cancellato. con in margine la nota: „Die 8 mensis Ianuarij 1441 de Mandato Iudicis Mauri Vidonich Restitui Magistro Iohanni belsterfar libras vndecim solidos quatuor in mea statione praesentibus Paulo Vidotich & Marco cersatich testibus &c.“

respondent quod iam soluerunt partem daciorum & quod sunt prompti & parati soluere residuum velut sententiatum & determinatum fuit per Iudices arbitros electos A praedicto Iohanne barlech & ab ipsis ambobus Absente tamen praedicto Iohanne barlech

Pro Nichlino Raintalar contra Vitum matronich

Die XX mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Ser Stefano blasinich Valentino Iurlinouich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus Matronich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nobili viro Nicolao Raintalar Capitaneo Vragne praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum et septuaginta octo & solidos quindecim paruorum Et hoc pro modijs quinquaginta quinque vini in ratione solidorum sexagintaquinque pro singulo modio in quinque vassis hac condicione quod si reperietur in mensura vltra suprascriptam quantitatem modiorum quinquaginta quinque dictus debitor praefato creditori teneatur illud soluere & si inuenietur minus debeat illud diffalcari pro rata Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad unum annum proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Vito Matieuich contra Blasium cerdonem

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Laurentio Marinario georgio petriçich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Blasius cerdo quondam Antonij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Vito Matieuich prae-

senti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos tres boni auri & iusti ponderis nomine Mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit suam muraleam iuxta Lobiam comunis in hos confines a duobus lateribus via publica & a tercio Quirinus glauinich.*)

Accordatio famuli pro Magistro Nicolao balistrerio

Die XXI mensis octobris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti Praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Paulo cresolich Iudice Mateo quondam Ser Donati omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Filipa uxor quondam laurentij habitatrix dicte terre Fluminis Accordauit & obligauit Bartolomeum filium suum annorum circa vndecim praesentem & consentientem Ad standum cum magistro Nicoleto balistrerio Antonij buserne de Venetijs pro sex annis proxime futuris hac condicione quod dictus Bartolomeus tenetur & debet fideliter seruire praefato magistro Nicoleto & eidem obedire tanquam magistro suo Et praefatus Magister Nicoletus debet dictum Bartolomeum calceare & vestire toto tempore dictorum sex annorum & facere eidem expensas & eundem bene & diligenter monere ac docere artem suam faciendi balistas Et in capite dictorum sex annorum praelibatus magister Nicoletus dare & consignare tenetur ac debet praedicto Bartolomeo de quolibet instrumento sue artis balistarie vnum instrumentum secundum vsum praedicte terre Fluminis Et si infra dictum terminum sex annorum praefatus magister Nicoletus discederet a praedicta terra Fluminis quod eo casu dictus Bartolomeus sit in sua libertate eundi cum praefato magistro nico-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die 25 mensis Aprilis cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus testibus Iudice paulo quondam Ser Marci & Vito matronich — Ego Antonius cancellarius scripsi“

leto aut remanendi in dicta terra Fluminis Promittentes vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attendere & obseruare cum obligatione omnium suorum bonorum

PROCURA IOHANNIS BASTASIJ IN VENECIANUM

Die XXV mensis octobris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Simone seccatore quondam Tome Iusto Vidotich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes quondam petri de chiaui habitator dicte terre Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Venetianum quondam Bartoli de Cregnino absentem sed tanquam praesentem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A Stefano quondam Martini cerdone de Sagabria & A Gallo cerdone de sagabria omnem & singulam pecunie quantitatem res et quecunque alia que quomodocunque ipsi constituenti dare tenerentur & de per eum receptis finem dimissionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam seculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia &c Dans &c Promittens &c

PROTESTUS IACOBI MICHOLICH

Die XXVI mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Iohanne Misuli Ser Ançelino bonfiolo petro marino de Firmo omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro domino Ambrosio quondam Ser Marci honorabili iudice dicte terre Fluminis Comparuit Iacobus micholich asserens & dicens qualiter fecit quoddam mercatum cum lilo & Trincio ciuibus Ancone & eorum socijs uti constat quadam scriptura scripta manu lau-

rentij Vitalis sansali in Ancona et quod praefati lilus & trincius ac eorum socij non seruant pacta inter ipsos facta eo quod non dederunt dicto Iacobo totam quantitatem olei bombacis & piperis in termino inter ipsos fixo Quod dicto Iacobo reuertitur in magnum detrimentum & damnum Quapropter praedictus Iacobus omnibus & singulis iuris remedijs quibus magis potuit protestatus fuit contra praefatos lilum Trincium & eius socios absentes sed tanquam praesentes ducatos quinquaginta auri & omne damnum et interesse quod sequetur

Accordatio famuli pro Antonio magistri ghini de pensauro

Die XXVI mensis octobris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Cola Antonij luce de pensauro Vito matronich Magistro Nicolao balistario de Venetijs omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius quondam petchi de Iapre non vi non metu sed sua spontanea voluntate cum consensu etiam ac voluntate Simonis fratris sui maioris ibidem praesentis se concordauit & obligauit ad standum cum Antonio magistri ghini de pensauro praesente ac dictum georgium acceptante pro quinque annis proxime futuris Qui georgius promisit bene & diligenter seruire ac etiam obedire praefato Antonio tanquam domino suo toto tempore dictorum quinque annorum Et praefatus Antonius dicto georgio dare debet vitum vestitum & calceatum honestum toto tempore dictorum quinque annorum Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Protestus Ser Castelini

Die XXVI mensis octobris sub arbore ante portam terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Stefano rusouich Ser Stefano blasinich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro Iudice Ambrosio quondam Ser Marci Comparuit Ser Castelinus de pensauro asserens & dicens qualiter accepit dacium mensure vini cum Pe-

tro glauinich & Iurcho de dreuenico & quod tenuit rationem dicti dacij quatuor mensibus Et quod completis dictis quatuor mensibus neuter ipsorum tenet rationem dicti dacij neque curat de eo quod sibi reuertetur in magnum damnum & praeiudicium Quapropter protestatus fuit contra suprascriptum petrum glauinich ibidem praesentem & contra praefatum Iurchum absentem omne damnum & interesse quod sibi hac de causa secutum est & sequetur.

Accordatio famuli pro Magistro Antonio buxerna de Venetijs

Die quinto Nouembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Domino presbytero Vito scholich Ser Castelino Iohannis de pensauro Paulo Vidotich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes lisicich habitator dicte terre Fluminis accordauit et obligauit Petrum filium suum annorum circa duodecim praesentem & consentientem ad standum pro sex annis proxime futuris cum Magistro Antonio buxerna de Venetijs habitatore Iustinopolis Magistro balistario licet absente Sed Magister Nicoletus filius dicti Magistri Antonij promittens de rato & rati habitudine de omnibus & singulis infrascriptis acceptauit praedictum petrum nomine ac vice praefati patris sui pro dictis sex annis Et dictus Petrus tenetur & debet fideliter seruire praefato magistro Antonio & eidem obedire tanquam magistro suo et praelibatus magister Antonius debet dictum Petrum vestire et calceare toto tempore dictorum sex annorum & facere eidem expensas & eundem bene & diligenter monere ac docere artem suam faciendi balistas Et in capite dictorum sex annorum praelibatus Magister Antonius dare & consignare tenetur ac debet praedicto petro de quolibet Instrumento sue artis balistarie vnum Instrumentum secundum vsum terre Fluminis praedicte Promittentes vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attendere & obseruare cum obligatione omnium suorum bonorum.

Protestus Ser Ançelini

Die VIII mensis Nouembris sub lobia comunis vbi ius redditur praesentibus Vito matronich Vito mateieuich Agabito contouich

omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Iudicibus & consilio terre Fluminis Comparuit Ser Ançelinus bonfioli de Florentia asserens & dicens qualiter propter defectum vnius testis qui nunc non est In Terra Fluminis ipse non potuit habere ferrum quod retinet sibi siue sequestrauit Adam Antonij de Firmo Idcirco protestatus fuit contra praedictum Adam ibidem praesentem ducatos decem auri pro damno & interesse quod ipsi seguitur ac sequetur eo quod non potuit habere ferrum praedictum

Pro Iudice Nicolao contra Marinum de Tergesto

Anno 1441

In Christi nomine amen anno natiuitatis eiusdem Millesimo quadrigentessimo quadragessimo primo Indictione quarta die Vltimo mensis decembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Prodano de Pago benedicto çorgi de pensauro ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Marinus de Iohanne de Tergesto sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iacobo Micholich praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine Iudicis Nicolai fratris sui & eius heredum & successorum ducatos triginta duos boni auri & iusti ponderis et solidos uiginti paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad carnispriuium proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula susprascripta. *)

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die XVII.o mensis Augusti cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate Iudicis Nicolai creditoris praesentibus Quirino filio Iudicis viti çouanich & Ser Rafaele de fossambruno testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs“

Pro Petro Marino contra Bartolomeum de schofilocha

Die octauo mensis Ianuarij In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Francisco Matarelo de Venetijs dominico carpentario de Iadra ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Bartolomeus plumssa (?) de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro Marino quondam Rimidij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos vigintiseptem boni auri & iusti ponderis & solidos octuaginta sex paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum aut dare & consignare in dicta terra Fluminis dicto creditori tantum ferrum siue clauos si erunt concordes simul pro precio quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta *)

Pro praedicto contra Ançe Maçach de schofiloca

Vltrascriptis die loco ac testibus Iohannes Maçach de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro Marino quondam Rimidij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos uigintiseptem boni auri & iusti ponderis et solidos octoaginta sex paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die 25 mensis Aprilis cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus testibus Martino xatani & Stefano callelli — Ego Antonius cancellarius scripsi“

aut dare & consignare in dicta terra Fluminis dicto creditori tantum ferrum siue clauo *(sic)* si erunt concordes simul pro precio quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Testificatio Mauri de Castro Muschlo

Die octauo mensis Ianuarij In Barbacano terre Fluminis Sci Viti Maurus quondam Viti de Castro Muschlo testis productus per lucam Michaelis de Ragusio super lite & differentia que vertitur inter ipsum & Magnificum Comitem Iohannem de Frangepanibus pro incisione arborum incissorum a dicto luca in districto Castri Muschli Et examinatus a Spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher honorabili Capitaneo dicte terre Fluminis delato eidem sacramento de veritate dicenda manu tactis scriptis remotis omnibus odio precio timore & amore dixit & testificatus fuit qualiter dum esset tabernarius in Castro Muschlo praefatus lucas accessit cum eo quod habebat nocticiam ipsius & cepit dicere ego vellem incidere aliquas arbores super territorio castri Muschli pro carachia siue chocha quam facere intendo in terra Fluminis Qui Maurus respondit si uis hoc habere vadas ante ecclesiam & quando homines exibunt de ecclesia voca omnes bonos uiros quos videbis & dicas hoc sibi rogando eos quod concedant hoc tibi & tunc praefatus lucas dixit dicto Mauro postquam debeo conuocare istos bonos uiros remaneas domi & praepara edum quem dictus Maurus habebat domi pro collatione illorum hominum quos huc conducam et post pusillum praefatus lucas est reuersus domum praefati Mauri cum quampluribus hominibus de castro Muschlo inter quos erat Paulus deuornicus qui dixit praefato luce da nobis unum ducatum auri & incidas in nostris confinibus omnia & singula lignamina tibi necessaria pro naui siue carachia quam facere

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die 25 mensis Aprilis cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de uoluntate creditoris praesentibus testibus Martino Xatani & Stefano Callelli Ego Antonius cancellarius scripsi“

intendis in terra Fluminis Cui lucas respondit ego sum pauper & non possum dare tantum sed volo vobis dare quinque libras & sic fuerunt ambe partes contente in quorum testimonium dederunt dicto luce vnam cartam cum sigillo castri Muschli

Pro Petro Marino contra Bolder Sailder de lach

Die nono mensis Ianuarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Vito matronich Teodoro quondam dominici Martino çatani omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Bolder sailder dolter de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro Marino quondam rimidij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos uigintiseptem boni auri & iusti ponderis & solidos octuaginta sex paruorum Et hoc pro Oleo habito a dicto creditore quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet medietatem usque ad unum mensem proxime futurum Et alteram medietatem usque ad festum Sci georgij proxime futurum aut tantum ferrum siue clauos sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro praedicto contra Iustum barbitonsorem

Die XII mensis Ianuarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Vito matronich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iustus georgij Vidotich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro Marino quondam rimidij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum & decem paruorum Pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quan-

titatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad carnispriuium proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pacta Ser Antonij Pertusano & Simonis pilar

Die XV mensis Ianuarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Castelino de pensauro Blasuta quondam Petri Michaele obadich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon pilar Promisit & se obligauit ad seccandum cum sua secca Ser Antonio pertusano praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus usque ad unum annum proxime futurum assides longitudinis pedum octo cum dimidio & nouem pedum et grossiciei secundum morelum apud me notarium depositum in ratione librarum uiginti paruorum pro singulo centenario Et dictus Simon fuit contentus & confessus habuisse ac recepisse a dicto Ser Antonio libras centum paruorum & omni ac singula vice qua dictus Antonius receperit a dicto Simone assides quingentos dare debet praefato Simoni libras centum Et hoc usque ad unum annum proxime futurum Promittens vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attendere & obseruare solemni stipullatione promissa cum obligatione omnium suorum bonorum *)

Pro Petromarino contra Paulum lustalar

Die XVII mensis Ianuarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Ser Rafaele de Fossambruno Agabito contouich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Paulus lustalar de labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die XV mensis Madij cancelatum fuit praesens Instrumentum pactorum de voluntate Ser Petri pertusano & Simonis pilar praesentibus testibus Iohanne aurifice & Stefano cernolich — Ego Antonius cancellarius scripsi"

Marino quondam Rimidij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum & quadraginta septem boni auri & iusti ponderis et solidos sexaginta nouem paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro presbytero Gaspare

Die XVII mensis Ianuarij In terra Fluminis Sci Viti In ecclesia Sce barbare praesentibus venerabili viro domino presbytero Mateo arcidiacono & plebano dicte terre Fluminis Iudice Vito quondam Matchi Iudice Mauro Vidonich Iudice Nicolao micholich Stefano calleli omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique cum Reuerendus in Christo pater dominicus episcopus polensis effigi iussisset in valuis praedicte ecclesie literas citatorias die secundo mensis nouembris citantes presbyterum Mateum lepanich olim gubernatorem bonorum dicte ecclesie Sce barbare ad comparendum coram eo personaliter usque ad XV dies proxime futuros & iam elapsus fuisset terminus per duos menses Idcirco Presbyter gaspar filius iudicis Ambrosij tanquam administrator dicte ecclesie Sce barbare coram testibus suprascriptis & me notario infrascripto defigi fecit literas citatorias ne alijs occulte eas acciperet & celaret.

Procura Iudicis Nicolai in Iohannem Francum

Die XVIII mensis Ianuarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Castelino de pensauro Petromarino de Firmo Adam Antonij de Firmo omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus micholich Daciarius Magnifici ac potenti domini de Valse in dicta terra Fluminis omni via modo iure ac forma quibus magis & melius potuit fecit constituit creauit & ordinauit Iohannem Francum

de Constantia absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A Iohanne roth de Nonimbergo ducatus tres boni auri & iusti ponderis quos dicto constituenti dare tenetur pro dacio & de per eum receptis finem dimissionem transitionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda quae in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum duxerit facienda & necessaria ac utilia videbuntur que & quemadmodum ipse constituens facere posset si adesset Dans & concedens eidem procuratori suo in praedicto & circa praedicta & quolibet praedictorum plenum arbitrium & generale mandatum cum plena libera & generali administratione agendi & exercendi omnia & singula suprascripta Promittens eidem procuratori suo & mihi notario infrascripto tanquam pubice *(sic)* persone stipullanti & respondenti vice ac nomine omnium quorum interest uel in futurum poterit interesse quicquid per dictum procuratorem actum & factum fuerit proprio habiturum firmum & ratum Insuper ipsum ab omni satisdationis onere releuare Et ex nunc releuans promisit mihi notario ut supra de iudicio sixti & iudicatum soluendo sub ypoteca & obligatione omnium suorum bonorum praesentium & futurorum

Societas inter Iohannem Francum & Gaspare de lach

Die XXo mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Ser Castelino de pensauro Petro Marino de Firmo omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique gaspar quondam Iachlini de lach fuit contentus & confessus habuisse ac recepisse A Iohanne Francho de Constantia in societate ducatos XXXI auri his pactis

& condicionibus videlicet quod dictus Gaspar usque ad tres annos & quatuor menses proxime futuros debeat traficare cum dictis triginta uno ducatis & faticare se & adoperari pro utroque & in capite dicti termini quicquid lucri siue damni fuerit debeat diuidi inter eos paribus portionibus Et quod dictus Gaspar bis uel ter teneatur dimissis suis negotijs ire & seruire dicto Iohanni singula vice diebus quatuordecim quando praedictus Iohannes praefatum gasparem requisierit expensis tamen ipsius Iohannis.

Procura Iohannis Franchi in Iohannem barlech

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique cum Iohannes Francus de Constantia dederit ducatos XXXI^{m} auri in societate uti in instrumento societatis continetur Gaspari Iachlini de lach & dubitet ne ipsos dispendat ludendo uel alio malo modo Idcirco ipse Iohannes omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Iohannem barlech ibidem praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad accipiendum dictos denarios de manibus dicti gasparis completo tamen termino trium annorum & quatuor mensium & ante si non bene faceret & ad uidendum rationem pro ipsis denarijs Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes scripturas & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

Pro Iohanne Franco

Vltrascriptis die loco ac testibus Iohannes Franchus de Constantia voluit & ordinauit quod si ipse mori contingeret quod ducati 31 auri quos habet in manibus Gaspar Iachlini de lac dentur & numerentur Iohanni barlech completo tamen termino trium annorum & quatuor mensium & quod dictus Iohannes dare debeat & dispensare pauperibus pro anima dicti Iohannis me-

dietatem dictorum denariorum & lucri & tertiam partem sue partis lucri dispenset pro ut praefatus Iohannes ipsi Iohanni barlech dixit oretenus & ordinauit

SEQUESTRATIO AD PETITIONEM PRESBYTERI GASPARIS

Die XXIII mensis Ianuarij In barbachano Ibique dominus Martinus Raunacher vicecapitaneus Iudices ac regimen terre Fluminis praeceperunt Martino Xatani vicesatnico quatenus sequestrare debeat in manibus Mochori seualich libras decem quas debet dare presbytero Georgio susich pro affictu domus quam habet ad liuellum ab ecclesia Sce barbare similiter sequestrare debeat in manibus Iacobi capelarij quos quomodocunque dare deberet dicto presbytero georgio Et hoc ad petitionem presbyteri Gaspari tanquam rectoris ecclesie Sce barbare.

PROCURA DOMINI MARTINI RAUNACHER IN SER CASTELINUM

Die vltimo mensis Januarij In Statione mei notarii infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Adam Antonij de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique generosus Milles dominus Martinus Raunacher omni uia modo jure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Ser Castelinum de pensauro suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & nuncium specialem. Ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti tam denarios quam alias res & de per eum receptis finem dimissionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Ad pactiones emptiones venditiones & alia facta sua faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

Concordium inter Fraternitatem Sci Johannis de Castua & Stefanum mortath

Die secundo mensis Februarij In Barbacano terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudicis Stefano rusouich Iudice Cosma radolich ambobus de Flumine Çupano Iohanne Sormich de Castua Iudice georgio stepcouich ambobus de Castua testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Cum verteretur lis & controuersia Inter Quirinum spinçich tanquam Gastaldionem Fraternitatis Sci Johannis de Castua nomine dicte fraternitatis & Stefanum mortath occasione bonorum quondam domini presbyteri doclegne plebani castue volentesque ambe partes expensis *(sic)* facere talem fecerunt insimul conuentionem & concordium videlicet quod dictus Stefanus habere debeat libere omnes & singulos denarios quos habere debebat dictus quondam presbyter doclegna a comunitate Castue Et marchas octo denariorum A Suetina muschieniçanin & a suprascripto Quirino libras vigintiduas paruorum Quos denarios dare tenentur praefati Suetina & Quirinus pro aliquibus possessionibus quae fuerunt dicti quondam presbyteri doclegne ab ipsis emptis et etiam habere debeat omnia vassa vinea quae fuerunt dicti quondam presbyteri doclegne Intelligendo tamen quod pradictus Stefanus exigere debeat suprascriptas quantitates pecunie suis expensis Omnia uero alia & singula bona quae fuerunt dicti quondam presbyteri doclegne sint & esse debeant praelibate Fraternitatis Sci Iohannis Verberatoris de Castua hac condicione quo dicta Fraternitas teneatur in perpetuum officiare & gubernare altare Sce Marie Magdalene quod est in ecclesia Sce Elene de Castua Promittens vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta perpetuo habere tenere attendere & obseruare & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena ducatorum quinquaginta auri cuius pene medietas sit regiminis sub quo mouetur quaestio & altera medietas partis obseruantis stipulationem in singulis capitulis huius contractus solemni promissa.

Pro Mateo Soster contra Petrum marinum

Die quinto mensis Februarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Paulo

Vidotich Simone bastasio omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus marinus quondam Rimidji de Firmo sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Mateo soster de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum & quadraginta quatuor boni auri & iusti ponderis Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum resurrectionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Accipere tamen debet dictus creditor duas sarcinas olei pro precio quo tunc vendetur ab alijs mercatoribus in dicto debito a dicto debitore*)

Concordium inter Fraternitatem Sci Michaelis & presbyterum Vitum scholich

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Francisco fabro quondam Martini Gaspare Antonij de Firmo Bartolo melcherich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon pilar tanquam Gastaldio Fraternitatis Sci Michaelis de Flumine fecit tale pactum & concordium cum presbytero Vito scholich nomine dicte Fraternitatis videlicet quod dictus presbyter Vitus scholich teneatur & debeat singula die dominica celebrare unam missam in Ecclesia Sci Michaelis quousque uixerit Et dictus presbyter Vitus debeat habere singulo anno a dicta Fraternitate solidos quadraginta paruorum & tenere ac usufructuare ortum nalisignich qui fuit quondam Iudicis Bartoli glauinich pro suo labore officiandi.

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die 26 mensis Aprilis cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus testibus Veneciano de Cregnino et Gasparlino matlinouich — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Accordatio famuli pro Iacobo de rim de Iustinopoli

Die quinto mensis Februarij In Terra Fluminis Sci Viti in Statione mei notarij infrascripti praesentibus Simone oslich Petromarino quondam Rimidij de Firmo Georgio sartore quondam Stefani omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique laurentius filius Nicolai scabich de dicta terra Fluminis se accordauit & obbligauit ad standum cum Iacobo de rim de Iustinopoli pro vno anno proxime futuro Qui laurentius promisit praedicto Iacobo bene & diligenter seruire & eidem tanquam domino suo obedire Et pro hoc praedictus Iacobus dicto laurentio dare debet duodecim ducatos auri & expensas ac interulas serabulas & substellares toto tempore anni & vnum diploidem nouum de fustagno & vnum par caligarum de Rossia hac tamen condicione quod si in capite sex mensium dictus laurentius stare noluit cum praedicto Iacobo vltra quod idem Iacobus dicto laurentio dare & soluere teneatur sex ducatos auri & nichil plus Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Petro Viçach de lach contra Iudicem Nicolaum micholich

Die sexto mensis Februarij In Terra Fluminis Sci Viti in Statione infrascripti debitoris praesentibus Martino aurifice de Segna Adam Antonij de Firmo Gaspare eius fatre omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus micholich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro Viçach de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos septuaginta quinque boni auri & iusti ponderis Et hoc pro ferro habito a dicto creditore quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Georgij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua

pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta In qua tamen pecunie quantitate dictus creditor accipere debet a praedicto debitore tres sarcinas olei in ratione ducatorum quadraginta trium pro Milliari olei.*)

Pro fratribus Nicolao Arcangelo & Johanne

Die septimo mensis Februarij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Castelino Johannis de Pensauro Adam Antonij de Ancona omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Venerabilis vir frater Nicolaus de Burgo generalis procurator & specialis nuncius hospitalis ordinis sci spiritus de Saxia in vrbe ordinaliter constitutus ad sonum campanelle ut moris est habens ad infrascripta plenum arbitrium & generale mandatum uti constat publico Instrumento omni vicio ac suspectione carente scripto manu Ser Antonij Blasij de ciuitate castellana publici ac legalis notarij Anno domini MCCCCXXXVIIIIo Indictione secunda die primo mensis Aprilis a me notario infrascripto viso & lecto omnia via modo iure & forma quibus magis ac melius fieri potest substituit venerabiles viros videlicet presbyterum et fratrem Arcangelum de sancto Ienesio prouincie Marchie & fratrem Iohannem de porto eiusdem ordinis & quemlibet eorum in solidum praedicatores & loco sui in episcopatu Sagrabiensi Ad Agendum respondendum karitantia subsidia nota legata lectos confratucias missas ex devotione. Indulgentias et absolutiones dicto ordini concessas a diuersis summis pontificis uti in privilegijs dicti ordinis continetur & ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda quae ipse met sustituens facere posset si adesset substituens eos loco sui faciens ipsos sibi coequales in omnibus agendis & procurandis coniunctim uel separatim quomodo libet eis & cuilibet eorum placuerit & oportunum videbitur uti in suprascripto instrumento procurationis continetur plena cum eisdem

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die sexto mensis Aprilis Cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus testibus Iudice Vito barolich Adam Antonij de Firmo Ser Stefano blasinich

libertate potestate & auctoritate plenaria ac obbligatione promittens michi notario infrascripto tanquam publice persone stipullanti & respondenti vice ac nomine omnium quorum interest uel interesse poterit quicquid per dictos substitutos siue alterum ipsorum factum fuerit proprio habiturum firmum & ratum Et ipsos & quemlibet ipsorum ab omni satisdationis onere releuare cum obligatione omnium suorum bonorum.

Conuentio praedictorum

Vltrascriptis die ac loco atque testibus Ibique Pro honore utilitate ac commodo hospitalis & ecclesie ordinis Sci spiritus de Saxia in urbe Venerabiles Virj presbyter & frater Arcangelus de sco Ienesio Frater nicolaus de burgo & frater Iohannes de porto omnes de eodem ordine sci spiritus simul unanimiter & concorditer fecerunt societatem irreuocabilem usque per totum mensem Madij proxime futurum his pactis & condicionibus quod quilibet ipsorum teneatur & debeat bene & diligenter quaerere & laborare pro utilitate hospitalis praedicti secundum ritum bone Et si aliquis siue aliqui ipsorum facto uel verbo fraudem siue dolum commiserit in praeiudicium siue detrimentum iurium uel fame dicte ecclesie siue hospitalis uel dicte societatis incidat penam ducatorum quinquaginta auri cuius pene medietas sit & esse debeat illius curie loci siue fori vbi facta fuerit reclamatio que fieri possit coram quocunque loco curia & foro tam ecclesiastico quam saeculari & altera medietas sit & esse debeat illius siue illorum qui dolum siue fraudem non commiserit uel non commiserint Et etiam committens uel committentes fraudem aut dolum perdat uel perdant portionem quae ipsi uel ipsis datur a praefato ordine quae portio sit & esse debeat illius uel illorum qui fraudem siue dolum non commiserit aut commiserint & ultra has penas ad correctionem praeceptoris & magistri praedicti ordinis cadat uel cadant Et de commissione fraudis siue illi qui non commiserit siue commiserint cum litera presbyteri loci illius in quo commissio fraudis siue doli fuerit commissa Et quod ad petitionem ipsorum trium & cuiuslibet ipsorum in solidum Et ad maiorem firmitatem & robur omnium & singulorum promissorum omnes tres concorditer iurarunt ad

sancta dei euangelia tactis scriptis omnia & singula suprascripta attendere ed obseruare

PROCURA PETRI MARINI IN SER STEFANUM BLASINICH.

Die octavo mensis Februarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito barolich Martino aurifice Petro Antonij de Ancona omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus marinus quondam Rimidij de Firmo omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Ser Stefanum blasinich de Flumine absentem sed tanquam praesentem suum verum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a Georgio Florean de Cranburch omnem & singulam pecunie quantitatem res & quaecunque alia & de per eum receptis finem dimissionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia &c Dans &c Promittens &c

PROCURA STEFANI MORTATH IN GHERDINAM DE CASTUA.

Die nono mensis Februarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Stefano cernolich Simone coxarich Antonio oslarich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus mortath de dicta terra Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Gherdina çanouich de Castua absentem sed tanquam praesentem suum uerum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A Ierneio praenominato Iaraç olim habitatore Castue omnem & singulam pecunie quantitatem res & quaecunque alia & de per eum receptis finem dimissionem transitionem & pactum de

vlterius non potendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram domino quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eos executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

Pro Adam de Firmo contra georgium sarctorem

Die XXII mensis Februarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Martino quondam Çanini Iohanne dicto Iagnaç testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius sarctor quondam Stefani per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse ab Adam Antonij de Firmo vassa vndecim vino plena tenute modiorum circa centum & quinquaginta in ratione solidorum trigintaseptem pro singulo modio hac condicione quod dictus georgius dare & soluere teneatur praefato Ade omnes & singulos denarios quos rethraet de dicto vino usque ad ascenssionem domini nostri Ihesu Christi proxime futuram quando reuertetur a uenetijs ab ascensione & reliquum valoris vini octo diebus soluere teneatur ante festum Sce Malgarite proxime futurum Et praefatus Adam non teneatur recipere in hac ratione vini nullam fecem nisi duram Et dictus georgius teneatur soluere affictum penoris in quo est vinum ab hodierna die in antea Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis & attendendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona praesentia & futura

Pro Petro marino de Firmo

Die XXII mensis Februarij in publica platea terre Fluminis Sci Viti Ser Stefanus blasinich retulit Iudici Mauro qualiter praesentauit literas regiminis terre Fluminis praedicte Petro primi pochlanech de Cranburch die XIIIIo mensis praescripti.

Pars capta quod nullum bladum extrahatur

Die XXIIII mensis Februarij Mateus preco publicus terre Fluminis Sci Viti proclamauit quatenus nulla per-

sona cuiuscunque condicionis existat audeat uel presumat portare aliquid bladum legumen uel farinam extra terram Fluminis praedictam uel eius districtum sub pena ducatorum centum auri & perdendi bladum legumen uel farinam cuius bladi leguminis seu farine medietas sit & esse debeat accusatoris Et hoc fuit proclamatum de mandato regiminis dicte terre Fluminis

Alia pars capta

Die praescripto praefatus preco proclamauit de mandato regiminis dicte terre Fluminis quod nulla persona quae habitat in dicta terra Fluminis audeat siue presumat accedere ultra fluuium sub pena ducatorum centum aduisans ipsum regimen quemcunque illuc accedentem quod si sibi aliquid contingerit quod nolunt se de ipso impedire.

Pro Ianes de Cranburch contra Iudicem Maurum

Die vltimo mensis Februarij In terra Fluminis Sci Viti in domo Iohannis barlech praesentibus dicto Iohanne barlech et octone sarctore domini capitanei testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Maurus Vidonich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ianes de Cranburch praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos decem septem boni auri & iusti ponderis & solidos septuagintasex paruorum Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro Iudice Nicolao & Adam de Firmo contra presbyterum Lucianum de Cherso

Die tercio mensis Marcij In terra Fluminis Sci Viti In Statione infrascripti Ade praesentibus Petromarino quondam rimidij de Firmo Martino aurifice de segna ambobus habita-

toribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique dominus presbyter lucianus de Cherso sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micholich de Flumine & Ade Antonij de Firmo praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus libras octuagintaquatuor paruorum Et hoc pro resto & saldo omnium & singularum rationum que quomodocunque dicte partes simul habere potuisset *(sic)* usque ad praesentem diem Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefatis creditoribus usque ad festum ascensionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro Iudice Nicolao & Adam de Firmo contra Iacobum Arar

Die sexto mensis Marcij In statione infrascripti Ser Ade praesentibus Benedicto Ser Çoni de pensauro Magistro Iohanne sarctore de Alemania Antonio lapicida de pensauro omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique *(Iacobus Arar)* de lach per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a Iudice nicolao micholich & ab Adam Antonij praesentibus & pro se suisque heredibus & successoribus stipullantibus ducatos vndecim boni auri & iusti ponderis his pactis & condicionibus quod praefatus Iacobus teneatur et debeat accipere a praedictis Iudice Nicolao & Adam sarcinas quatuor olei pro precio quo tunc vendetur ab alijs mercatoribus quando accipiet dictum oleum Pro quibus quidem vndecim ducatis & sarcinis quatuor olei dare & consignare debet praefatus creditor praedictis debitoribus *(sic)* in dicta terra Fluminis tantum ferrum quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie & olei usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum pro precio quo tunc vendetur ab alijs mercatoribus sub pena quarti.

Pro Adam de Firmo contra Iacobum Arar

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique Iacobus arar de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos quinquaginta octo boni auri & iusti ponderis Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori in dicta terra Fluminis tantum ferrum quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie in ratione tresdecim ducatorum pro singulo miliari siue clauos prout placebit praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet medietatem usque ad festum Sci georgij proxime futurum & alteram medietatem usque ad festum pentecostes proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & sigula suprascripta.

Pro Iudice Nicolao & Adam contra Martinum de Iadra

Die XVII° mensis Marcij In Statione infrascripti Ade In terra Fluminis Sci Viti praesentibus Nobili Viro Bartulo Misuli Benedicto quondam Ser Çoni de pensauro Iohanne sarctore quondam .... de Alemania omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus gregorij Filipi de Iadra sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micholich & Ade Antonij de Firmo praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum & tres boni auri & iusti ponderis et solidos triginta octo paruorum Et hoc pro oleo calibe & ferro habito a dictis creditoribus Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefati creditoribus usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum

bonorum praesentium & futurorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pars pro partibus uxorum

Die vigessimo mensis Marcij In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti Quia rectores locorum conari tenentur & debent iuxta eorum posse & scire quod errores scandala rixe lites & differentie in locis ab ipsis gubernandis non oriantur Idcirco Spectabilis ac generosus vir dominus Iacobus Raunacher capitaneus Nobiles viri Ser Maurus Vidonich Ser Vitus barulich ad praesens Iudices et consilium terre Fluminis praedicte declarauerunt statuerunt & ordinauerunt quod uxores siue earum affines uel heredes in exactione siue petitione bonorum acquisitorum tempore quo coniugium siue matrimonium durauerit inter ipsos maritos & uxores debeant tractari & expediri secundum ordines plebiscita leges uel consuetudines seu statuta terrarum seu locorum in quibus fuit celebratum uel contractum matrimonium inter ipsos siue mariti sint uel fuerint ciues dicte terre Fluminis siue aduene non obstante in aliquo lege seu consuetudine dicte terre Fluminis Et hoc iddem intelligatur de solutione debitorum per maritos factorum Si tamen in contractu matrimonij aliqua pacta facta fuissent seu conuentione facte ipsa & ipse debeant inviolabiliter obseruari non obstantibus suprascriptis in aliquo

Pro Petro pertusano contra Petrum marinum

Die VI mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Stefano calleli Petro Antonij de Ancona Antonio lapicida de pensauro omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus Marinus quondam rimidij de Firmo sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Petro pertusano habitatori Iustinopolis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras sexcentas & triginta sex paruorum Et hoc pro vegetibus ab

oleo rebus ac massaricijs Apotece habitis a dicto creditore quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet Medietatem usque ad festum Sci georgij proxime futurum & Alteram medietatem usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Iudice Nicolao & Cola grandaçi

Die VIIo mensis Aprilis In Statione Ade Antonij de Firmo In terra Fluminis Sci Viti Praesentibus Iudice Vito barolich Ser Castelino Iohannis de pensauro Vito Mateieuich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Cola grandaçi de Trano tale concordium fecit cum Iudice Nicolao micolich videlicet quod dictus Cola in nomine Christi teneatur & debeat cum onere siue Carico quod dedit sibi in nauim cum ipsa naui ac onere siue carico transfretare usque ad portum saracuse in Saciliam & ibi quindecim diebus expectare cum naui Iacobum micolich qui accedet cum naui nomine ac uice praefati Iudicis Nicolai Et ad petitionem ipsius Iacobi onerare ibidem siue in calabria uolente tamen ipso Iacobo onerare praefatam nauim saluo tamen semper missione marinariorum Et in casu quo dictus Iacobus onerauerit praefatam nauim praelibatus cola teneatur & debeat cum ipsa naui transire Ad portum Ancone siue Venetias prout placebit praedicto Iacobo Et praefatus Iudex Nicolaus teneatur & debeat dare & soluere praelibato Cole pro Naulo praescripti oneris siue carici ducatos trecentos octuaginta duos boni auri & iusti ponderis Promittentes vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attendere & obseruare sub pena ducatorum centum

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die 23 mensis Iunij Cancelatum fuit praesens Istrumentum de voluntate creditoris quia sibi integre satisfactum fuit praesentibus presbytero Iohanne micholich Martino de Segna aurifice testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi.“

auri cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Petro pertusano contra Iohannem aurificem

Die VII mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Cosma radolich Teodoro quondam dominici Georgio de dreuenico omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes belsterfar aurifex habitator dicte terre Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Petro pertusano habitatori Iustinopolis praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti ducatos quadraginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro vna vinea a praefato creditore vendita praedicto debitori Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet ducatos decem auri usque ad festum Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro Et omni ac singulo anno in dicto festo ducatos decem auri usque ad integram satisfactionem suprascripti debiti Et in casu quo dictus debitor in dictis terminis siue aliquo ipsorum non solueret praefato creditori siue nuncio eius dictus debitor soluere & reficere teneatur praefato creditori omnes & sigulas expensas damnum ac interesse litis & extra cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium & immobilium praesentium & futurorum

Pro suprascripto contra Benchum de Sagabria

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Benedicto Ser Çoni de pensauro Petro Antonij de Ancona omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Benchus de Sagabria sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro pertusano habitator Iustinopolis praesenti & pro

se suisque heredibus & successoribus stipullanti libras uigintitres paruorum Et hoc pro massericijs ab ipso habitis Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Adam de Firmo contra Colam de grandaço

Die VII mensis Aprilis In littore maris ante portam terre Fluminis Sci Viti Praesentibus Iudice Nicolao micholich Iacobo eius fratre Iohanne barlech.....

Protestus dominici contra grisanum tonchouich

Die XIII mensis Aprilis in littore maris ante portam terre Fluminis Sci Viti Coram domino Capitaneo Iudicibus & consilio Comparuit dominicus Carpentarius vice ac nomine grisani quondam Iudicis Martini eius cognati asserens & dicens qualiter grisanus tonchouich concordauit se cum praefato grisano pro laborando vnam suam uineam positam ab alio littore pro medietate ut moris est & ab eodem recepit aliquot denarios et nunc non vult ipsam laborare quod reuertitur in magnum damnum & detrimentum ipsius grisani Quapropter protestatus fuit contra dictum grisanum tonchouich ibidem praesentem omne damnum & interesse quod sequetur praefato grisano eius cognato ob hanc causam.

Pro Adam de Firmo

Die XXVI mensis Aprilis Ante domum Ser Antonij quondam Ser Andrigeti quam tenet Ser Castelinus ad affictum praesentibus Iudice Nicolao micholich Antonio rosouich testibus ad haec

*) Cancellato, con in margine la nota: „1446 die octauo mensis Aprilis cancelatum fuit praesens Instrumentum de Mandato domini Iacobi Raunacher & Iudicis Mauri Vidonich & Iudicis Iacobi micolich eo quod Iudex Mateus quondam Ser donati coram suprascriptis domino Capitaneo & Iudicibus fuit contentus & confessus sibi integre fuisse satisfactum nomine ac vice petri pertusano A Bencho debitore — Ego Antonius cancellarius scripsi“

uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vorichus piliparius de labaco dixit & confessus fuit qualiter tres fassij ferri qui fuerunt in manibus Ser Ancelini bonfioli de Florentia fuerunt obligati Ser Ade Antonij de Firmo & ipsos fassios dedit eidem Ade Pro quibus quidem fassijs tribus praedictus Ser Ançelinus protestatus fuerat contra praefatum Adam decem ducatos auri

Pro Nicolao de Esculo contra Masium de Artona

Die VI mensis Maij In Statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti Praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Petromarino quondam Rimidij de Firmo omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Masius de Sco Vito habitator Artone sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nicolao Andrioci de Esculo praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos tresdecim boni auri & iusti ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem eius requisitionem sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Procura Ser Castelini in eius fratrem

Die VII mensis Maij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus presbytero Gaspare cresolich Luca cauretich Suetina quondam Çupani omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Castelinus Iohannis de pensauro omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Ser Santem quondam Iohannis eius fratrem absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A Bartolomeo ab aqua de Clouca ducatos octo boni auri & iusti ponderis quos promisit sibi soluere pro Signoro de clouca per totum mensem Marcij proxime praeteritum & de per eum

receptis finem dimissionem transitionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia &c Dans &c Promittens &c

PROCURA IOHANNIS BASTASIJ IN IUDICEM MATEUM QUONDAM SER DONATI

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Ser Stefano blasinich Nicolao çopich martino grubich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes quondam Petri de chiaui habitator dicte terre Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Iudicem Mateum quondam Ser donati absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A Gallo claudo cerdone de Sagabria olim habitatore dicte terre Fluminis omnem & singulam pecunie quantitatem res & quaecunque alia quae quomodocunque ipsi constituenti dare teneretur & de per eum receptis finem dimissionem transitionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

PROTEXTUS PETRI PERTUSANO CONTRA SIMONEM PILAR

Die Xo mensis Maij Sub arbore ante portam terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Ser Castelino de pensauro ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili Viro Ser

Vito barolich honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Ser Petrus pertusano asserens & dicens qualiter Simon seccator habitator dicte terre Fluminis tenetur sibi dare certam quantitatem pecunie prout idem debitor quampluries confessus fuit Nunc uero praefatus simon non seruat pacta & conuentiones prout tenetur & debet uti constat in actis mei cancellarij infrascripti & negat partem debiti in quo obligatur Quapropter praefatus Ser Petrus pertusano non potest accedere cum barcha in qua onerauit res suas Idcirco omnibus illis remedijs iuris quibus magis & melius potuit protestatus fuit contra praedictum Simonem licet absentem sed tanquam praesentem ducatos centum pro rebus suis oneratis in barca eo quod personaliter non potest accedere Iustinopolim ad uendendum suas merces & alia sua negocia faciendum & pro damnis & interesse secutis & secuturis.

Pro Petro pertusano contra Simone pilar

Die XV mensis Madij In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iohanne belsterfar aurifice Stefano cernolich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon pilar sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro pertusano habitatori Iustinopolis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum paruorum nomine mutui Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori tabulas segadicias quingentas Quas quidem segadicias dare & consignare promisit per terminos infrascriptos videlicet tabulas trecentas usque ad vigessimum quintum diem mensis praesentis & tabulas ducentas usque ad festum Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro Quas tabulas ducentas dare & consignare promisit Iudici Mateo quondam Ser donati Et si non dederit dictas tabulas ducentas in dicto termino tunc & eo casu praefatus debitor dicto creditori dare & soluere teneatur libras quadraginta quatuor paruorum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro presbytero georgio susich

Die XVI mensis Maij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Valentino quondam Iurlini laurentio marinario quondam blasij Iacobo tonchouich Ibique Iacobus capelarius de laschoua sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere domino presbytero georgio susich praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti ducatos quinque boni auri & iusti ponderis Et hoc pro vna vinea vendita a praefato creditore dicto debitori Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sce Malgarite de anno domini MCCCCXXXXII° sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta*)

Pro Petromarino contra petrum pertusanum

Die XVII mensis Maij In Statione infrascripti petrimarini praesentibus presbytero Gaspare cresolich Milasino de Iadra calafato Matiasio de Iapre omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus Pertusano habitator Iustinopolis fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a Petromarino quondam Rimidij de Firmo libras trecentum et quadraginta unam paruorum de debito seu parte debiti librarum sexcentarum & trigintasex in quibus praefatus petrus marinus dicto Petro tenebatur uti patet Instrumento scripto manu mei notarij Anno domini MCCCCXXXXI° die sexto mensis Aprilis computatis tamen in dicta quantitate librarum trecentarum et quadraginta vnius libris quinquagintaseptem paruorum Quas praefatus Petrus marinus dare & soluere promisit capitulo dicte terre Fluminis pro pensione siue affictu Stationis anni huius completuri usque ad festum assumptionis beate Marie

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die 19 mensis Maij cancelatum fuit praesens Instrumentum de voluntate creditoris praesentibus quirino glauinich Iohanne sarctore de Alemania testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi.“

Virginis proxime futurum Promittens dictus Petrus praefato Petromarino hanc solutionem & omnia & singula suprascripta perpetuo habiturum firma & rata sub pena dupli dicte quantitatis pecunie stipullatione in singulis capitulis huius contractus solenni promissa Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro presbytero Gaspare tanquam rectore ecclesie Sce barbare

Die XVIIII mensis Maij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Stefano blasinich Nicolao repeglia pilipario ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique presbyter georgius susich Obligauit se ad coperiendum domum Sce barbare quam habet ad liuellum de tignis id est cupis & ad eleuandum dictam domum tantum quod quilibet posset pergere per eam secure usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum Sub pena librarum quinquaginta paruorum & perdendi dictam domum cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudice Vito rosso contra presbyterum Marcum

Die XXI mensis Madij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus presbytero Gaspare cresolich presbytero Antonio Visignich Ser Stefano blasinich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique presbyter Marcus radolich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Vito quondam Matchi praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos duos boni auri & iusti ponderis et solidos uiginti paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quanti-

*) Cancellato con la nota: „1441 die XXIII mensis Iunij Cancelatum fuit praesens Instrumentum de voluntate partium praesentibus presbytero Iohanne micolich Martino de Segna aurifice testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi.“

tatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad unum annum proxime futuro Sub pena quarti Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit omnia & singula sua terrena que habet in Drenoua ita & taliter quod praefatus creditor elapso suprascripto termino possit & ualeat dictum pignus poni facere ad publicum incantum aduisato tamen prius predicto debitore

PROCURA FRANCISCI FABRI

Die penultimo mensis Madij In Lobia terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Paulo cresolich Iudice Damiano quondam Matei omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Franciscus faber quondam Martini habitator dicte terre Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit prouidum virum Ser Simonem . . . de Subinico absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem presertim ad exigendum & recuperandum A Voino quondam Radoslaui de subinico omnem & singulam pecunie quantitatem quam quomodocunque eidem constituenti dare teneretur & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda quae in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum duxerit facienda & necessaria ac utilia uidebuntur que & quemadmodum ipse constituens facere posset si adesset Dans & concedens eidem procuratori suo in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum plenum arbitrium & generale mandatum cum plena libera & generali administratione agendi & exercendi omnia

& singula suprascripta Promittens eidem procuratori suo & michi notario infrascripto tanquam publice persone stipullanti & respondenti vice ac nomine omnium quorum interest uel in futurum poterit interesse quicquid per dictum procuratorem actum & factum fuerit perpetuo habiturum firmum & ratum Insuper ipsum ab omni satisdationis onere releuare Et ex nunc releuans promisit michi notario ut supra de iudicio Sixti & Iudicatum soluendo sub ypotecha & obligatione omnium suorum bonorum

Obligatio famuli Cole grandaçi

Die sexto mensis Iunij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Castelino Iohannis de pensauro Prodano de pago Gaspare Antonij de Firmo omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Mateus blasij de Scrisa non vi non metu sed sua spontanea uoluntate se concordauit & obligauit ad standum cum Cola quondam Simonis grandaçi praesente & dictum Mateum acceptante pro duobus annis proxime futuris Qui Mateus promisit bene fideliter & diligenter seruire praedicto Cole & ipsi tanquam domino suo obedire toto dicto tempore dictorum duorum annorum Et propter hoc praedictus Cola debet dictum Mateum calceare subtellaribus & facere eidem expensas dictis duobus annis & eidem dare pro suo seruicio dictorum duorum annorum ducatos decem boni auri & iusti ponderis vnam vestem de rassia Hac condicione quod si dictus Mateus discederet ante terminum dictorum duorum annorum praedictus Cola possit ipsum cogi facere realiter & personaliter ad restituendum quicquid ab eodem cola habuisset tam in denarijs quam alijs rebus in toto regno Appulie Venetijs Ancone in Terra Fluminis Sci Viti Segne Iadre & vbique locorum Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Procura in Iudicem Mateum quondam Ser donati

Die XXIII mensis Iunij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus presbytero Iohanne Micholich Iudice

damiano quondam Matei Antonio rusouich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus pertusano habitator Iustinopolis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Iudicem Mateum quondam Ser donati praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum e quacunque persona eidem constituenti dare debenti tam denarios quam alias quascunque res in terra Fluminis & Castue & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c dans &c Promittens &c

Pro Iudice Mateo praedicto contra laus

Die XXVIIII mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Vito matronich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Mateus laus sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Mateo quondam Ser donati praesenti stipullanti & respondenti pro se suisquie heredibus & successoribus libras nouem paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam ipsius creditoris praefatus debitor eidem creditori obligauit domum suam cum muralea sibi contigua

Pro Ser Ançelino contra Vitum matronich

Die primo mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Francisco Matarelo de Ve-

netijs Quirino cigantich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus matronich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ançelino bonfiolo de Florentia praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta duos boni auri & iusti ponderis Et hoc pro tribus milliaribus ferri Quam quidem pecunie quantitatis dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet medietatem usque ad octo dies post festum Sce Malgarite proxime futurum & alteram medietatem per totum mensem Augusti proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudice Nicolao & Adam contra Matchum curipoio & Vorichum macouaç

Die XV mensis Iulij In Statione infrascripti Iudicis Nicolai praesentibus Iudice Cosma Radolich Martino terçich Prodano de pago omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Matchus churipoio & V richus Machouac de labaco se obligauerunt & promiserunt mittere ad praedictam terram Fluminîs Iudici Nicolao micolich & Ade Antonij de Firmo Sarcinas triginta duas ferri boni & mercimonialis quam quidem ferri quantitatem mittere debent usque ad festum Sci Martini proxime futurum & accipere tantum oleum quantum ascendat ad quantitatem valoris ferri praedicti pro praecio quo prefati Iudex Nicolaus & Adam vendent alijs mercatoribus qui fuerunt contenti et confessi se iuste teneri & dare debere praedictis Matcho & Voricho ducatos uiginti boni auri & iusti ponderis quos ducatos dare & soluere debent quandocunque miserint suprascripta sarcinas ferri sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro suprascriptis contra laure de lach

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Rafaele de Fossambruno & Iacobo cigantich ambobus habitatori-

bus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Laure de lach se obligauit & promisit mittere ad Terram Fluminis sarcinas quatuor ferri boni & mercimonialis Iudici Nicolao micholich & Ade de Firmo usque ad festum Sci Martini proxime futurum & recipere debet ab ipsis sarcinas tres olei pro precio quo praefati Iudex Nicolaus & Adam vendent alijs mercatoribus Qui fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere praedicto Laure ducatos uiginti tres boni auri & iusti ponderis & solidos sexaginta vnum Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt*) dictus Laure miserit suprascriptas sarcinas ferri sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro suprascriptis contra Ançe cramar de lach

Vltrascriptis die loco ac testibus Ançe cramar de lach se obligauit & promisit mittere ad Terram Fluminis Iudici Nicolao micolich & Ade Antonij de Firmo sarcinas septem ferri boni & mercimonialis usque ad festum Sci Martini proxime futurum & recipere tenetur ac debet ab ipsis sarcinas quatuor olei in ratione ducatorum quadraginta auri pro milliari qui Iudex Nicolaus & Adam fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere praedicto Ançe ducatos triginta sex boni auri & iusti ponderis & solidos decem paruorum quandocunque ipse miserit suprascriptas sarcinas ferri sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro suprascriptis contra Iurlinum de Camenich

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Vito barolich Prodano de pago Mochoro cergnauiçich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iurlinus de Camenich se obligauit & promisit mittere ad dictam terram Fluminis Sarcinas quadraginta ferri boni & mercimonialis usque ad festum Sci Martini proxime futurum Iudici Nicolao

*) Manca evidentemente un „quandocunque“, come più sotto.

micolich & Ade Antonij de Firmo Pro cuius ferri quantitatis solutione habere debet ducatos quadraginta boni auri & iusti ponderis & pro residuo valoris ferri recipere debet oleum pro precio quo recipiet ab ipsis Acatius de Camenich Qui Iudex Nicolaus & Adam fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere praedicto Iurlino ducatos decem et octo boni auri & iusti ponderis quandocunque ipse miserit suprascriptas quadraginta Sarcinas ferri Sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta *)

Pro Ser Castelino contra Anrech ainer

Die XV mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Ser Rafaele de Fossambruno ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Anrech ainer de labaco per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a Ser Castelino Iohannis de pensauro ducatos centum boni auri & iusti ponderis Et hoc pro parte solutionis debiti in quo tenetur heredibus quondam georgij soch de lach Promittens ipsum seruare indemnem pro dictis centum ducatis.

Pro Ianes messar contra Ser Castelinum

Die XV mensis Iulij In Statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Paulo quondam Ser Marci Ser Rafaele de Fossambruno ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Castelinus Iohannis de pensauro sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota cum voluntate & consensu dobriçe eius uxoris fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ianes messar et Osbolt molendinario de lach so-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1445 die secundo mensis octobris cancelatum fuit praesens Instrumentum de uoluntate partium praesentibus Iohanne Matiucij de Firmo et Bartolomeo eius fratre testibus ad haec uocatis & rogatis“

cijs praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum & quinquaginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro ferro habito a dictis creditoribus Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefatis creditoribus usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum Sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

Pro Petro Viçach contra praedictum

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique Ser Castelinus Iohannis de pensauro sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro Viçach de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta sex boni auri & iusti ponderis Et hoc pro ferro habito a dicto creditore quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. **)

Pro Stefano blagonar contra praedictum.

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique Ser Castelinus Iohannis de pensauro sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus

*) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die XXVII mensis Aprilis dominus Iacobus Raunacher Capitaneus & Iudex Nicolaus micolich dixerunt mihi quod praefati creditores coram ipsis dixerunt quod praesens Instrumentum debiti deberet cancelari. — Ego Antonius cancellarius scripsi“

**) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die XXVII mensis Aprilis Iudex Nicolaus micolich et Adam dixerunt quod praefatus creditor coram eis dixit quod praesens Instrumentum deberet cancelari. — Ego Antonius cancellarius scripsi.“

se iuste teneri & dare debere Stefano blagonar de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta quinque boni auri & iusti ponderis Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Pro qua quidem pecunie quantitate dare tenetur praedictus Debitor praefato creditori sarcinas duas olei pro illo praecio quo vendent Iudex Nicolaus micolich & Adam Antonij de Firmo & denarios contatos usque ad festum Sci Martini proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

Pro Ianes slatichuraç contra Ser Rafaelem

Die XV mensis Iulij In Statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti prasentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Paulo quondam Ser Marci ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uscatis & rogatis ac alijs Ibique Rafael de Fossambruno sponte libere ex certa scientia non per erroren omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ianes Xlatichuraç de lach ducatos septuaginta tres cum dimidio boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria siue fideiussione facta pro Ser Castelino Iohannis de pensauro Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Martini proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. **)

Pro Ser Forte contra Iudicem rossum

Die XVIo mensis Iulij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice

*) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die XXVII mensis Aprilis dominus Iacobus Raunacher capitaneus & Iudex Nicolaus dixerunt mihi quod praefatus creditor coram eis dixerit quod praesens Instrumentum debiti deberet cancelari. — Ego Antonius cancellarius scripsi“

**) Cancellato, con in margine la nota: „1446 die XXIII mensis Ianuarij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus testibus Iudice Mauro Vidonich & Iudice Nicolao micolich — Ego Antonius cancellarius scripsi“.

Paulo cresolich Iudice Mateo quondam Ser donati testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Vitus quondam Matchi promisit & se obligauit dare & consignare in littore maris na reçiçach remos ducentos a galea bonos & sufficientes longitudinis passuum quinque cum dimidio Prouido Viro Ser Forte de Curçula Et hoc pro precio & nomine precij ducatorum quindecim auri pro singulo centenario Quos remos dare & consignare promisit usque ad duodecim dies mensis Augusti proxime futuri Qui Iudex Vitus coram suprascriptis testibus fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a praefato Ser Forte ducatos viginti auri pro parte solutionis dictorum remorum

Pro Adam de Firmo contra Simonem Pilar

Die XXII mensis Iulij In publica platea terre Fluminus Sci Viti praesentibus Valentino Iurlinouich Georgio Crastich Vito sarctore testibus ad haec uocatis et rogatis ac alijs Ibique Simon quondam Tome seccator sponte libere ex certa scientia non per errorem per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse ab Adam Antonij de Firmo duos vegetas vini tenute modiorum vigintinouem uel circa in ratione librarum trium pro singulo modio Pro quo quidem vino dare & consignare tenetur praedictus Simon praefato Ade Assides seccatas per terminos infrascriptos videlicet Assides a canali quinquaginta longitudinis nouem pedum & grossitudinis secundum mensuram moreli apud me notarium infrascriptum depositi in ratione decem solidorum pro singula asside usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum in ratione librarum uiginti pro centenario & residuum segadiciarum usque ad festum resurrectionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum usque ad integram satisdationem suprascripti debiti Sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Adam contra Stefanum cernolich & eius uxorem

Die XXIIII mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti Iudice Damiano quondam Matei Iudice Mateo quondam Ser donati Ser Valen-

tino Iurlinouich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus cernolich & Stana eius uxor & quilibet eorom in solidum sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque beredibus & successoribus libras centum & sexdecim & solidos tresdecim paruorum nomine mutui Pro qua quidem quantitate pecunie dare debent in manu dicti creditoris totum vinum quod habebunt de suis vineis id est quod extractus vini ueniat praedicto Ade Et tamen ad maiorem cautellam praefati creditoris dicti debitores eidem obligarunt et pro speciali pignere designarunt suam vineam quam emerunt a Nicolao scabich

Procura Simonis de Esculo in Simonem Pilar

Die XXVII mensis Iulij In statione mei notarij infrascripti presentibus Mauro Vidonich Alegreto de Spalatro ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon Vanni Mucij de Esculo omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Simonem tome seccatorem praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem Ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti tam in praedicta terra Fluminis quam alibi & de per eum receptis finem dimissionem & pactum de ulterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum & ad conparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad Agendum petendum &c Dans & Promittens &c

Pro praefato contra praedictum

Vltrascriptis die loco ac testibus Simon Tome seccator sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri &

dare debere Simoni Vanni Mucij de Esculo praesenti stipullanti & respodenti pro se suisque heredibus & successoribus libras nonaginta paruorum Et hoc pro quibusdam debitis quae ipse promisit soluere & per se exigere Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Georgij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pacta Grisani et Simonis de Dreuenico

Die secundo mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iacobo cigantich Georgio sarctore quondam Stefani testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Grisanus quondam Iudicis Martini dedit tradidit & locauit ad laborandum vnam suam vineam positam in disctrictu Fluminis in loco dicto erth pro sex annis proxime futuris Simon quondam Matei de Dreuenico his pactis & condicionibus videlicet quod dictus Simon teneatur & debeat bene & diligenter laborare dictam vineam secundum consuetudinem dicte terre Fluminis dictis sex annis proxime futuris Et dictus Simon dare debet hoc anno praefato Grisano duas partes vini clari eo quod vinea non est ligoniçata & omnes fructus & oliue sint dicti Simonis Et tribus annis seguentibus dictus Simon dare debet praedicto Grisano medietatem vini clari & oliuarum ceteri autem fructus liberi & franchi ipsius Simonis Et duobus annis deinde immediate sequentibus dictus Simon dare teneatur praefato Grisano medietatem vini cum raspis & medietatem oliuarum ceteri autem fructus Sint ipsius Simonis Et quod praefatus Grisanus teneatur & debeat dare dicto Simoni dictis sex annis tinacium & alia vassa pro vino tenendo & penu ubi teneatur vinum Qui terminus sex annorum incipere debeat die suprascripto. Et dictus Simon teneatur soluere medietatem aptature tinacij & aliorum vassorum

Pro Iudice Mateo contra Martinum

Die VI mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Vito matronich Georgio

Iudicis stefani ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus quondam çanini sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptioni iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Mateo quondam Ser donati praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos uiginti nouem boni auri & iusti ponderis et solidos septuagintaquinque paruorum Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Michaelis proxime futurum sub pena quarti Et ad maiorem cautelam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit domum suam in qua habitat*)

Pro Iudice Vito barolich

Die suprascripto In domo infrascripte domine naste praesentibus Vito mateieuich Iurcho de dreuenico testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique domina Nasta uxor quondam Ser donati callelli fuit contenta & confessa habuisse ac recepisse a Iudice Vito barolich ducatos septem auri quos eidem domine naste dare tenebatur quondam Docla olim uxor Nicolai stacionarij pro quibus ducatis habuit in pignere dicta domina nasta a praefata quondam docla.....

Pro Habraam et bonauentura Iudeis

Die sexto mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Mateo quondam Ser donati Ser Castelino Iohannis de pensauro omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Habraam Angoleli & Bonauentura Simonis ambo Iudei & habitatores pensauri dederunt & numerauerunt Iudici Stefano Sa-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1444 die XXIIII mensis Augusti cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Stefano blasinich & Georgio cigantich testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

gagnich de Nouigrado officiali Magnifici domini Martini comitis Segne ducatos centum et triginta tres boni auri & iusti ponderis et hoc ut praefati Iudei liberarentur a carceribus in quibus iam tot diebus fuerunt captiui in castro nouigradi.

Pro petro marino de Firmo contra bonauenturam & Habraam Iudeos

Die VI mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Castelino Iohannis de pensauro Quirino cigantich Iacobo cigantich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Bonauentura Simonis ebrei & Habraam Angoleli ebrei ambo habitatores pensauri & quilibet eorum in solidum sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Petro marino quondam Rimidij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta boni auri & iusti ponderis nomine puri & meri mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt dicti debitores & quilibet eorum in solidum praefato creditori siue vnicuique publicum Instrumentum huius debiti habenti per totas nundinas firmas proxime inceptas in ciuitate Firmi sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Renunciantes dicti debitores & quilibet eorum in solidum omnibus & singulis priuilegijs statutis consuetudinibus saluisconductibus factis & qui fieri possent omnique alij suo iuri ac legum auxilio volentes posse cogi & compelli vbique locorum realiter & personaliter pro suprascripto debito Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudice Mateo contra praefatos

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique bonauentura Simonis ebrei & Habraam Angoleli ebrei ambo habitatores pensauri & quilibet eorum in solidum sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Iudici Ma-

teo quondam Ser donati habitatori dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta boni auri & iusti ponderis nomine puri & meri mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt dicti debitores & quilibet eorum in solidum praefato creditori quam citius praefatus creditor deuenerit ad partes Marchie Anconitane sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Renunciantes dicti debitores & quilibet eorum in solidum omnibus & singulis foris priuilegijs statutis consuetudinibus saluis conductibus factis & qui fient omnique alij suo iuri ac legum auxilio Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudice Mauro contra praefatos Iudeos

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique bonauentura Simonis ebrei & habraam Angoleli ebrei ambo habitatores pensauri & quilibet eorum in solidum sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Iudici Mauro Vidonich habitatori dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta tres boni auri & iusti ponderis nomine puri & meri mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt dicti debitores & quilibet eorum in solidum praefato creditori in ciuitate Firmi Per totas nundinas Firmanas proxime inceptas sub pena quarti Qua pena soluta &c Et ad maiorem cautellam praefati creditoris precibus dictorum debitorum Ser Castelinus se constituit plegium & fideiussorem pro dictis ducatis soluendis in suprascripto termino Quem Ser Castelinum praefati debitores & quilibet eorum in solidum promiserunt seruare indemnem a suprascripta plegiaria & fideiussione cum obligatione omnium suorum bonorum

Pro Iohanne tamberlano de Ancona contra Iosep Iudeum

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique Ioseph quondam Salamonis ebrei habitator Ancone sponte libere ex certa scientia non per errorem

omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iohanni Simonis vidulini de Ancona praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta boni auri & iusti ponderis nomine puri & meri mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Quos ducatos XL.ta dictus Iosep dedit Iudici Stefano Sagagnich ut liberaretur a carceribus

Pro Iudice rosso contra Paulum de busana

Die VI mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Mateo quondam Ser donati Ser Castelino de pensauro testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Paulus quondam Iohannis de Busana sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Vito quondam Matchi praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos viginti duos boni auri & iusti ponderis Et hoc pro parte duorum molendinorum secce & valche venditorum dicto debitori a praefato creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad duos annos proxime futuros videlicet singulo anno ducatos vndecim sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suprascriptas res venditas.

Pro Georgio morganich contra Castelinum Rafaelem furchum et Georgium sarctorem

Die X° mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione infrascripti Ser Rafaelis praesentibus presbytero Antonio Visignich Iudice Mauro Vidonich Vito matronich o-

mnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Castelinus Iohannis de pensauro Ser Rafael Francisci de Fossambruno Georgius Iudicis Stefani de drevenico & georgius sarctor quondam Stefani & quilibet eorum in solidum sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Ser Georgio Ser Flori morganich de Iadra praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta pro Iudice Damiano quondam Matei Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt dicti debitores & quilibet eorum in solidum praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet ducatos uigintiquinque usque ad unum annum proxime futurum & residuum usque ad quatuor annos deinde immediate sequentes scilicet singulo anno ducatos decem et octo & quartos tres usque ad integram satisfactionem Promittentes dicti debitores & quilibet eorum in solidum praefato creditori soluere & reficere omne damnum ac interesse que eidem sequerentur totiens quandocunque in terminis suprascriptis veniret siue aliquem mitteret cum hoc instrumento debiti pro denarijs si ipsi creditori siue eius nuncio immediate denarij non dabuntur cum obligatione omnium suorum bonorum *)

Die Vndecimo mensis Augusti In Statione mei notarij infrascripti In terra Fluminis Sci Viti per generósum Virum dominum Iacobum Raunacher capitaneum Iudices et consilium terre Fluminis Sci Viti capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet quod obligationes & pacta facte siue facta coram Iudicibus qui pro tempore erunt siue altero ipsorum valide & valida sint et debeant firmiter obseruari Nam iustum et equum estat ut acta coram regimine gesta firma et valida sint pro-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1453 die XVII mensis Augusti cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Nicolao Tomasini de Vegla & Blasio cerdone quondam Antonij testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

pter praeminentiam regiminis quod est maioris auctoritatis & dignitatis quam alie persone.

Accordatio famuli pro habraam Iudeo

Die XIIII mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione Iudicis Matei quondam Ser donati praesentibus Stefano Blasinich Milasino calafato de Iadra Simone pilar omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Marcus filius Sladoie de Verbase non vi non metu sed sua spontanea uoluntate se concordauit & obligauit ad standum cum habraam Angoleli ebrei habitatore pensauri praesente & dictum marcum acceptante pro vno anno proxime futuro incepturo die primo mensis septembris proxime futuri Qui marcus tenetur & debet praedicto habrae bene fideliter & diligenter seruire & ipsi tanquam domino suo obedire toto tempore dicti anni Et propter hoc dictus habraam tenetur & debet praefato marco dare & soluere ducatos septem boni auri & iusti ponderis vitum vnam vestem nouam de grixo vnam interulam vnam serabulam vnum par caligarum de rassia & vnum par subtellariorum Promittens una pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta perpetuo firma grata & rata habere tenere & obseruare sub pena librarum uigintiquinque paruorum cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta solemni stipullatione in singulis capitulis huius contractus promissa

Testificatio in fauorem Iosep habraam & bonauenture Iudeorum

Die XVI mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Stefano callelli de Ancona Simone pilar Luca oslich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati testis productus per habraam Angoleli Iosep Salamonis & bonauentura Simonis Iudeos dixit & asseruit coram suprascriptis testibus & me notario qualiter super nundinis See Malgarite Rosta de barberio capitaneus nundinarum pro Magnifico domino Segne comite Martino & Ambrosius stiglich Iu-

dex buchari & capitaneus cersati pro suprascripto domino Comite dixerunt sibi quod quando ceperint Iosep Habraam & bonauenturam Iudeos acceperunt eis nonaginta ducatos quos reperuerunt apud eos & tunc praefatus Iudex Mateus dixit eis dicti duo Iudei videlicet Habraam & bonauentura dicunt quod postquam fuerunt positi in carceribus cersati accepti fuerunt sibi quatuor uel quinque ducati & tunc praedictus Iudex Ambrosius respondit illi ducati sunt pro expensis Iohannes etiam Vidulini de Ancona testis productus per dictos Iudeos dixit & asseruit qualiter Iudex Stefanus Sagagnich de nouigrad officialis praefati domini Comitis Martini & praefatus Iudex Ambrosius die sexto mensis Augusti in littore fluuii dum interrogaret eos quot denarios acceperunt Iudeis praefatis quando ceperunt praefatos Iudeos tunc praedicti Iudex Stefanus & Iudex ambrosius responderunt nonaginta quatuor ducatos ex quibus triginta quinque fuerunt Habrae iudei uelut asseruerunt ipse Habraam Iosep et bonauentura Iudei & quinquaginta nouem fuerunt dicti Iosep Iudei & vltra hos denarios praefati Iudex Mateus & Iohannes dixerunt et asseruerunt qualiter quando capti fuerunt praedicti Iudei officiales praefati domini comitis martini acceperunt dictis Habrae & bonauenture Iudeis tres pecias grixi quas emit praefatus Iohannes testis.

Concordium Tomasini de Vegla & Iohannis de Cargna

Die XVI mensis Augusti In Statione Ade Antonij de Firmo praesentibus Iacobo micolich & quirino glauinich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Tomasinus quondam Tome de Vegla se concordauit cum Iohanne de Chargna habitatore ciuidali hoc pacto videlicet quod dictus Tomasinus emere debeat pro dicto Iohanne omnes pelles agnelinas que escoriabuntur in macellis Insule veglensis in maiore quantitate quam poterit & eidem Iohanni dare debet ipsas pelles pro precio quo ipse emet Et habere debeat dictus Tomasinus pro suo labore a dicto Iohanne solidos quinquaginta paruorum pro singulo centenario pellium quas emet & hoc usque ad unum annum proxime futurum

Pro Iudice paulo contra uxorem Iudicis damiani

Die XVII mensis Augusti In Curia domus habitationis infrascripti Iudicis Damiani praesentibus Ser Castelino de pensauro Rafaele de Fossambruno testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Domina lepiça uxor Iudicis damiani quondam Matei sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contenta & confessa se iuste teneri & dare debere Iudici Paulo cresolich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos uiginti tres boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione quam fecit praefato Iudici Paulo pro praelibato Iudice Damiano marito suo Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dicta debitrix praefato creditori usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Paulo de recanato contra Vitum matronich

Die XVII mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Nicolao scabich Mauro Vasmiçich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus matronich sponte promisit & se obligauit dare & consignare Paulo Antonij de Recanato praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus in Splagia portus Recanati omnibus suis periculis & risico tria Miliaria ferri boni & mercimonialis ad pondus dicte terre Fluminis pro precio & nomine precij ducatorum duodecim cum dimidio auri pro singulo milliario ad pondus dicte terre Fluminis Quod quidem ferrum dare & consignare debet in praedicta Splagia in primo viagio quod faciet nauigium Iudicis Matei quondam Ser donati ad partes Marchie sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena &c Qui Vitus Coram testibus suprascriptis & me notario habuit ac

recepit a praefato Paulo pro parte solutionis dicti ferri ducatos triginta auri *)

Pro Petromarino contra Martinum clemen de lach

Die XVIII mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Paulo cresolich Ser Stefano blasinich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus clemen de lach promisit & se obligauit dare & consignare petro marino quondam Rimidij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus in dicta terra Fluminis fasios XVI.cim ferri in ratione ducatorum tresdecim pro singulo milliari pro tercia quidem parte valoris dicti ferri recipere debet dictus Martinus oleum a praedicto petromarino in ratione ducatorum trigintasex pro Milliari Qui martinus fuit contentus & confessus habuisse ac recepisse a praefato petromarino pro parte solutionis dicti ferri ducatos decem auri residuum uero dare debet usque ad festum Sci Michaelis proxime futurum si receperit praedictos sexdecim fasios ferri.

Pro Adam contra Quocianum de los

Die XVIII mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Vito Mateieuich Iurcho de dreuenico testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quocianus lorber de los sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos duodecim boni auri & iusti ponderis et solidos trigintaduos paruorum Et hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus de-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1445 die XX.o mensis Maij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris Praesentibus Adam Antonij de Firmo Grisano quondam Iudicis Martini testibus ad haec uocatis &c — Ego Antonius cancellarius scripsi“

bitor praefato creditori usque ad festum Sci Martini proxime futurum sub pena quarti Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis Martinus Becharius se constituit plegium & fideiussorem cum obligatione omnium suorum bonorum.*)

PROTEXTUS QUIRINI DE GRIMANIS

Vltrascriptis die loco praesentibus Ser Stefano blasinich Iohanne dicto Iagnaç georgio diraçich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili uiro Iudice Vito barolich Comparuit Quirinus filius Iudicis Viti çouanich asserens & dicens qualiter Iohannes mercarius de Alemania tenuit domum suam positam in platea a festo Sci georgij proxime elapsi usque ad praesentem diem contra eius uoluntate Nam pater praefati quirini & Vitus mateieuich procurator eiusdem quampluries praedicto Iohanni dederunt licentiam quod exiret domum & ipse nunquam uoluit exire dicens quod praefatus quirinus affictauerat sibi domum pro quinque annis quod reuersum est in magnum damnum & praeiudicium praefati Quirini Quapropter praefatus Quirinus omnibus & singulis iuris remedijs quibus melius potuit protestatus fuit contra dictum Iohannem ibidem praesentem ducatos sex auri pro damno suo & interesse.

PRO ECCLESIA SANCTE MARIE

Die XVIII mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti in Statione mei notarij infrascripti Vitus Matronich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere

*) Cancellato, con in margine la nota: „1443 die 9 mensis septembris Cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Simone oslich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Venerabili Viro domino presbytero Mateo Arcidiacono ac Nobilibus Viris Iudici Mauro Vidonich Iudici Vito barolich honorabilibus Iudicibus dicte terre Fluminis Iudici Iohanni Misuli Iudici Ambrosio quondam Ser Marci Iudici Stefano russeuich Iudici Paulo quondam Ser Marci Iudici Nicolao micolich Iudici Mateo quondam Ser donati praesentibus stipullantibus & respondentibus vice ac nomine ecclesie Sce Marie de dicta terra Fluminis libras ducentas paruorum Et hoc pro possessionibus & rebus domine quondam Matrone olim uxoris quondam Iudicis Bartoli glauinich emptis a praefato debitore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefate ecclesie Sce Marie per terminos infrascriptos videlicet libras quinquaginta usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum & singulo anno in dicto festo libras L.ta usque ad integram satisfactionem suprascripti debiti sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non &c

PROCURA LUCE DE RAGUSIO IN SUUM PATREM

Die 26 mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Nicolao micholich Antonio rossouich Cipriano Fariçich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Luchas Michielis quondam luce çorçe de ragusio omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit praefatum Ser Michielem patrem suum absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem in omnibus suis causis litibus & placitis tam motis quam mouendis coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum exigendum respondendum & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de ulterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes instrumenta & alia iura sua producendo Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Item ad uenditiones emptiones locationes exactiones siue redemptiones tam ratione affinitatis quam confinitatis & cuiuscunque generis contractus faciendum & ad

obligandum dictum constituentem & eius bona supra quocunque contractu Et generaliter ad omnia alia &c Dans &c Promittens &c

Pro Riçardo contra Iudicem Paulum

Die XXVI mensis Augusti In statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito Matronich Adam Antonij de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Paulus cresolich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine Ser Riçardi lodouici de Firmo ducatos uigintitres boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta dicto Iudici Nicolao nomine pro supra pro Iudice Damiano quondam Matei Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Accordatio famuli pro Benedicto de pecherçe

Die XXVII mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Castelino Iohannis de pensauro Petromarino quondam Rimidij de Firmo ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis Laçscho quondam blasij de Stopçeniça testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Paulus quondam benedicti de Roueneçe non vi non metu sed sua spontanea uoluntate se concordauit & obligauit ad standum cum Benedicto quondam georgij de pecherçe habitatore Montissancti praesente & dictum paulum acceptante pro quatuor annis proxime futuris Qui paulus tenetur & debet praedicto Benedicto bene fideliter & diligenter seruire & ipsi tanquam domino suo obedire toto tempore dictorum quatuor annorum Et propter hoc dictus Benedictus tenetur & debet dicto Paulo dare & soluere

ducatos octo boni auri & iusti ponderis vitum & vnum par caligarum de rassia & omnes subtelares necessarias & ipsum docere artem suam cerdonarie Volentes dicte partes posse cogi realiter & personaliter Venetijs Ancone Segne in dicta terra Fluminis & vbique locorum ad tenendum & obseruandum omnia & singula suprascripta.

Pars capta quod nulla persona audeat obloqui nec alienam ancillam detrahere

Vltrascriptis die ac loco Mateus preco comunis retulit michi qualiter de Mandato dominorum Iudicum et totius consilij proclamauit in publica platea dicte terre Fluminis & alijs locis consuetis qualiter nulla persona cuiuscunque condicionis existat que sit ciuis uel habitatrix in dicta terra Fluminis audeat nec praesumat alienam ancillam obloqui nec detrahere sub pena librarum octo nec ducere ad alium locum seu per mare seu per terram sub pena librarum quinquaginta quorum penarum medietas sit accusatoris & medietas sit comunis dicte terre Fluminis nec ipsam ancillam valeat aliquis habitator dicte terre Fluminis apud se tenere

Accordatio famuli pro Christoforo donato de Venetijs

Die VIII mensis septembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Petromarino de Firmo Antonio rossouich Suetina xupagnich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis Sci Viti testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus filius Pauli de Sco dimitrio non vi non metu sed sua spontanea voluntate se concordauit & obligauit ad standum cum Magistro Christoforo donato remerio de Venetijs praesente & dictum Iacobum acceptante pro quinque annis proxime futuris Qui Iacobus tenetur & debet dicto Magistro Christoforo bene & diligenter seruire & ipsi tanquam domino suo obedire toto tempore dictorum quinque annorum Et propter hoc dictus Magister Christoforus tenetur & debet praedictum Iacobum docere diligenter artem suam faciendi remos & ipsi dare vitum vestitum & calceatum honestos & praedicto Iacobo dare & soluere in ca-

pite dictorum quinque annorum ducatos quinque boni auri & iusti ponderis et omnia & singula ferra ad artem remarie necessaria Volentes dicte partes posse cogi realiter & personaliter Venetijs Ancone & Segne in dicta terra Fluminis & vbique locorum ad tenendum & obseruandum omnia & singula suprascripta.

Pro Paulo lustalar & Iudice Nicolao

Die octauo mensis septembris In Ecclesia Sci Augustini praesentibus Ser Rafaele de Fossambruno Valentino Iurlinouich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Paulus lustalar de labaco & Iudex Nicolaus micolich tales simul fecerunt pactum & conuentionem videlicet quod dictus Paulus dare & consignare teneatur ac debeat praedicto Iudici Nicolao in dicta terra Fluminis duo miliaria coriorum mercimonialium per terminos infrascriptos videlicet vnum miliare usque ad XV.cim dies mensis octobris proxime futuri et alterum miliare usque ad medietatem XL.e *(quadrigesimae)* proxime futurae in ratione ducatorum septem auri pro singula balla quae balle singule esse debent ponderis librarum centum & quadraginta ad pondum grossum dicte terre Fluminis pro singula balla Et praedictus Iudex Nicolaus pro vno miliari dictorum coriorum dare debet dicto Paulo promptam pecuniam per terminos infrascriptos videlicet ducatos centum usque ad festum Sci Michaelis proxime futurum & residuum usque ad festum Sci Martini proxime futurum Et pro altero milliari coriorum dictus Paulus accipere debet oleum mercimoniale a dicto Iudice Nicolao in ratione ducatorum quadraginta auri pro singulo milliari ad eius beneplacita *)

Pro Stosia & Cristina eius filia contra Iohannem machagna

Die XVII mensis septembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus presbytero Iacobo quondam Tomasoli Blasuta quondam Petri &

*) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die quinto mensis Ianuarij cancelatum fuit praesens Instrumentum de voluntate ambarum partium praesentibus testibus Ser Rafaele de Fossambruno & Ser Valentino quondam Iurlini“

Blasio cerdone omnibus habitatoribus terre Fluminis Sci Viti testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes Machagnā sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere presbytero Iohanni Micolich praesenti stipullanti & respondenti uice ac nomine domine Stosie olim uxoris Marci xupelich de dicta terra Fluminis & Cristine eius filie libras centum & decem paruorum Et hoc pro vna vinea dicto debitori vendita Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato presbytero Iohanni nominibus quibus supra per terminos infrascriptos videlicet libras decem usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum Et sic singulo anno usque ad suprascriptum festum natiuitatis libras uigintiquinque paruorum usque ad integram satisfactionem suprascripti debiti sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudice Paulo cresolich contra doroteam uxorem Matei Raçich

Die XV mensis octobris Castue in ecclesia Sce Trinitatis praesentibus Nobili viro Bartulo Misuli Capitaneo Castue Iudice Antonio quondam domini Forchini Quirino spinçich ambobus habitatoribus Castue testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Dorotea uxor Matei rançich de Castua dedit ac reddidit Iudici Paulo cresolich praesenti & recipienti Antonium filium suum qui a dicto Iudice Paulo auffugerat Hac conditione quod dictus Iudex Paulus praefatum Antonium castiget gubernet & corrigat atque teneat ad sue libitum uoluntatis Volens dicta dorotea mater quod si aliquo tempore praefatus Antonius filius suus ipsam deuiaret siue si dictus Antonius a praefato Iudice Paulo discederet & ipsa retineret siue retineri faceret quod ipsum ad dictum Iudicem paulum duceret siue duci faceret dum posset quod tunc & eo casu dicta dorotea praefato Iudici Paulo soluere teneatur omnes & singulas expensas quas quomodocunque praedictus Iudex Paulus circa praefatum Antonium expendisset tam in vitu & vestitu quam in alijs rebus

Pro Iuanuso cotra Stefanum cernolich

Die XXIII mensis octobris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Ambrosio cresolich Iudice Cosma radolich Iusto Vidotich omnibus habitatoribus terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus cernolich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iuanuso çorçeuich genero suo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras sexaginta octo paruorum nomine puri & meri mutui qua quidem pecunie quantitate dictus creditor praefato debitori promisit nullam tantum facere festinantiam qua praefato debitori magnum requeretur incomodum Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit domum suam & vineam quam emit a nicolao çopich & ortos suos hac condicione quod dictus debitor non possit nec valeat aliquo modo pignera suprascripta vendere alio quocunque modo alicui allienare sine voluntate praefati creditoris

Societas Iudicis Nicolai Ade & Nucij

Die XXVII mensis octobris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione infrascripti Ade praesentibus Nobili viro Bartolo Misuli Iohanne Sarctore de Alemania Simone bastasio omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus micolich & Adam Antonij de Firmo ex vna parte & Nucius Ser Antonij de tonto de Artona ex altera talem simul fecerunt societatem videlicet quod dictus Nucius emere debeat in Artona vinum & expendere pro parte Iudicis Nicolai & Ade nonaginta duos ducatos auri & solidos octoagintatres quos fuit confessus habuisse ac recepisse a praefatis Iudice Nicolao & Adam saluos & securos in Artona & similiter expendere debeat retractum fassiorum sex ferri dicti Iudicis Nicolai qui sunt apud patrem dicti Nucij Artone & Idem Nucius expendere debeat totidem ducatos & tantam pecunie quantitatem et dare omnia vassa pro dicto vino emendo hac condicione quod quicquid expendetur in aptando dicta vassa soluere debeant

praefati Iudex Nicolaus & Adam medietatem & dictus Nucius medietatem & quod dictus Nucius mittere debeat praefatum vinum emendum ad terram Fluminis praedictam cum Nauigno habente contraliteram omnis & singulis lucri siue damni quod fite (?) absit quod sequetur siue erit ex dicto vino medietas deueniat praefatis Iudici Nicolao & Ade & medietas dicto Nucio & quod vassa debeant remitti Artonam expensis ambarum partium Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura*)

Pro Nicolao Raintalar contra Vitum matronich

Die XXVIII mensis octobris In Terra Fluminis Sci Viti In domo infrascripti Valentini testis praesentibus Iudice Paulo cresolich Valentino Iurlinouich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus matronich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nobili Viro Nicolao Rayntalar capitaneo Vragne presenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras nonaginta paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Fratre benedicto contra presbyterum marcum

Die secundo mensis Nouembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Stefano blasinich Adam Antonij de Firmo testibus ad haec

*) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die XXVII mensis Aprilis cancelatum fuit praesens Istrumentum de voluntate dictorum Iudicis Nicolai et Ade praesentibus Iudice Cosma radolich et Blasio cerdone quondam Antonij testibus ad haec uocatis & rogatis. — Ego Antonius cancellarius scripsi"

uocatis & rogatis ac alijs Ibique presbyter Marcus radolich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri et dare debere Fratri domino benedicto de Cremona habitanti apud ecclesiam Sci laurentij praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras uiginti tres & solidos quatuordecim paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum ascensionis domini nostri Ihesu Christi sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Fraternitate Sci Michaelis

Die sexto mensis Nouembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Paulo Vidotich Iohanne belsterfar aurifice Stefano cernolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon Pilar tanquam Gastaldio fraternitatis Sci Michaelis per se suosque heredes & successores dedit & tradidit ad pastinandum Fabiano Suaçich habitatori dicte terre Fluminis praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus respondenti vnum terrenum na plasi iuxta dictum Fabianum & heredes quondam parcifali & alios confines his pactis & condicionibus quod dictus Fabianus teneatur & debeat dictum terrenum pastinare usque ad duodecim annos proxime futuros & dictus Fabianus usque ad dictum terminum habere debeat omnes usufructus eius quod pastinabit Saluo tamen quod si dictus Fabianus infirmaretur quod non posset pastinare siue moriretur ante terminum dictorum duodecim annorum quod tunc dictus Fabianus siue eius heredes habere debeant medietatem pastini quem iam pastinauit & etiam medietatem totius eius quod pastinabit Si autem dictus Fabianus praefatum terrenum pastinauerit ipse Fabianus in capite dictorum duodecim annorum habere debeat medietatem vinee & pastini quem iam pastinauit & terrenum quem pastinabit quae vinee pastinum & terrenum fuerunt Iuane clochoceue dumtaxat dictus Fabianus bene & diligenter laborauerit dictum Pastinum

secundum consuetudinem dicte terre Fluminis Promittentes dicte partes vna alteri vicissim per se suosque successores omnia & singula suprascripta attendere & obseruare sub pena librarum quinquaginta paruorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

PROCURA GASPERLINI QUONDAM MATCHI

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Vito barolich Ser Tonsa quondam Ser Nicole omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Gaspar quondam Nobilis viri Matei de Vragna omni via modo iure & forma quibus magis melius & efficacius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Magistrum Andream petiçichouem literarum apostolicarum abbreuiatorem & causarum In romana curia procuratorem absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem ad petendum & obtinendum a quocunque comite seu comitibus palatinis imperatorie maiestatis &c· quascunque literas & habilitationes ad successionem omnium & singulorum bonorum domini quondam Matei patris sui cuius filius naturalis extitit in forma solita & consueta meliori & pleniori modo ac forma quibus fieri potest Et generaliter &c Dans &c Promittens &c.

Deo gratias Amen

Anno 1442

PRO IUDICE NICOLAO & ADAM ANTONIJ DE FIRMO CONTRA PAULUM IUSTALAR

IN Christi nomine amen anno natiuitatis eiusdem Millesimo quadrigentessimo quadragessimo secundo Indictione quinta Die quarto mensis Ianuarij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione infrascripti Iudicis Nicolai praesentibus testibus Ser rafaele de Fossambruno Valentino Iurlinouich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Paulus Iustalar de labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota

per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich & Ade Antonij de Firmo praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos septemcentos & duos boni auri & iusti ponderis Et hoc pro denarijs mutuatis & Oleo habito a dictis creditoribus Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor praefatis creditoribus dare & consignare promisit in dicta terra Fluminis tot coria mercimonialia ponderis librarum centum & quadraginta ad pondus grossum praedicte terre Fluminis pro singula balla n ratione ducatorum septem auri pro singula balla usque ad medietatem quadrigessime proxime future sub pena quarti Saluo tamen iusto impedimento cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Testificatio pro domina Barbara

Die XXI mensis Ianuarij In Stuba Iudicis Matei quondam Ser donati iuxta plateam terre Fluminis Sci Viti Coram spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher honorabili Capitaneo Iudice Vito barolich ad praesens Iudice dicte terre Fluminis ac alijs consiliarijs Venerabilis vir dominus presbyter Mateus Arcidiaconus & plebanus dicte terre Fluminis Iudex Iohannes Misuli Iudex Ambrosius quondam Ser Marci Iudex Stefanus ruseuich testes producti per dominam barbaram uxorem quondam Nobilis viri Matlini de Vragna Interrogati per sacramentum quod fecerunt Magnifico domino de Valse & dicte terre Fluminis dixerunt & testificati fuerunt vnanimiter & concorditer nemine eorum in aliquo discrepante quod recordantur ac sciunt quod Iachlinus olim Capitaneus Castue fecit Murare domum cum curia positam apud bona quondam Iudicis Stefani & Qualigne eius fratris & viam publicam & quod dictus Iachlinus possedit quousque uixit suprascriptam domum cum curia tanquam res proprias

Pro Iudice Nicolao & Adam de Firmo contra Nicolaum Mato

Die XVII mensis Marcij In Statione infrascripti Ser Ade praesentibus Nicolao Fercino de Venetijs georgio oslich ambobus habitatoribus dicte

terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nicolaus Mato de Verchinich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste tenere & dare debere Iudici Nicolao micolich & Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos duodecim boni auri & iusti ponderis & hoc pro oleo habito a dictis creditoribus Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefatis creditoribus usque ad festum pentecostes proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Bartolomeo de Firmo contra Martinum çerch de lach

Die XXo mensis Marcij In platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Stefano callelli de Ancona ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus çerch de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successoribus fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Bartolomeo Matiiucij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos vndecim boni auri & iusti ponderis Et hoc pro croco habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Accordatio famuli pro Magistro Antonio lapicida

Die tertio mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Paulo cresolich Iudice Nicolao micolich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Antonius quondam.... non vi non metu sed sua spontanea uoluntate se concordauit & obligauit ad

standum cum magistro Antonio lapicida de pensauro & nunc habitatore dicte terre Fluminis praesente & dictum Antonium acceptante pro quatuor annis proxime futuris Qui Antonius tenetur & debet praefato Magistro Antonio bene fideliter & diligenter seruire & ipsi tanquam domino suo obedire toto tempore dictorum quatuor annorum Et propter hoc praefatus magister Antonius tenetur & debet dicto Antonio dare vitum nec non dare & soluere ipsi Antonio libras centum et triginta paruorum videlicet primo anno libras viginti secundo libras vigintiquinque Tertio libras trigintaquinque Et quarto ac vltimo anno libras quinquaginta paruorum Promittentes vna pars alteri adinuicem solemnibus stipulationibus hinc inde Interuenientibus omnia & singula suprascripta attendere & obseruare cum obligatione omnium suorum bonorum.

Pro Matia soster de lach contra bartolum & Iacobum Misuli

Die XXV mensis Aprilis In domo infrascriptorum debitorum praesentibus Iudice paulo cresolich Ser valentino Iurlinouich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Bartolus Misuli & Iacobus eius frater sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Mathie soster de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos.... Et hoc pro Miliaribus tribus & libris centum & octuaginta vno ferri in ratione ducatorum XIII cum dimidio pro singulo Milliari Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt praedicti debitores praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet medietatem usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum & alteram medietatem usque ad festum Sce Marie de mense augusti proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1443 die primo mensis decembris Cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus testibus Nicolao Rayntalar & Martino quondam Canini — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Pro Antonio Albanensi contra Iudicem Mateum

Die XXV mensis Aprilis In Statione infrascripti Iudicis Matei praesentibus Iudice Mauro Vidonich Vito Mateieuich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati promisit Ser Antonio Albanensi ciui Iustinopolis tanquam procuratori Ser Petri pertusano personaliter accedere siue mittere suum procuratorem legitimum Iustinopolim ad concordandum se cum praefato Ser Petro pertusano pro debito ac re pro quibus praedictus Ser Antonius procurator ad terram Fluminis missus fuerat Et hoc usque XVam diem mensis Madij proxime futuri sub pena librarum uiginti quinque paruorum cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Nicolao çanetich contra Vitum Matronich

Die XXVI mensis Aprilis In Stuba Valentini praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Paulo cresolich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus Matronich per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nicolao çanetich de selça praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta boni auri & iusti ponderis pro ferro Quam quidem pecunie quantitatem mittere promisit dictus debitor praefato creditori domum suam in manus ipsius creditoris omnibus suis periculis & expensis usque ad quindicem dies proxime futuros sub pena ducatorum centum cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

Pro Paulo lustalar contra Iudicem Mateum

Die XXVI mensis Aprilis In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Paulo cresolich Teodoro quondam dominici ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & ro-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1443 die 18 mensis Aprilis Cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Mauro Vidonich & Iudice Damiano quondam Matei testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi".

gatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Paulo lustalar de labaco praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos mille boni auri & iusti ponderis Et hoc pro corijs habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet medietatem per totum mensem Madij proxime futurum & alteram medietatem usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudice Nicolao micolich & Adam de Firmo contra Paulum lustalar

Die XXVI mensis Aprilis In Statione infrascripti Ade praesentibus Ser Rafaele de Fossambruno Blasio cerdone quondam Antonij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Paulus lustalar de labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich & Ade Antonij de Firmo praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum & decem & septem boni auri & iusti ponderis Et hoc pro Salnitro habitis *(sic)* a dictis creditoribus ac etiam pro bastasia & libratura quas praedicto debitore ipsi creditores soluerunt Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefatis creditoribus usque ad festum pentecostes proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die XVIIII mensis Iulij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate Iudicis Nicolai micolich praesentibus Ser Antonio de gopo de Tergesto & Ser Rafaele de fossambruno testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Pro praefatis contra Voricum de labaco

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique Vorichus piliparius de labaco promisit & se obligauit ad dandum & consignandum in dicta terra Fluminis Iudici Nicolao micolich & Ade Antonij de Firmo praesentibus & pro se suisque heredibus stipullantibus Milliaria quadraginta ferri boni & bullati de Ospergo in ratione ducatorum quatuordecim auri pro singulo miliari usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum Qui Vorichus fuit contentus & confessus habuisse ac recepisse pro parte solutionis dicti ferri a praefatis Iudice Nicolao & Adam ducatos trecentos Et pro residuo valoris ferri accipere debet a suprascriptis oleum in ratione ducatorum quadraginta pro singulo milliari Pro quibus omnibus sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.*)

Procura in Ser Bartolum de Cherso

Die VIII mensis Maij in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Georgio Petricich Blasio cerdone quondam Antonij georgio sarctore quondam Stefani omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec rogatis & uocatis ac alijs Ibique Ser Simon Bartolomei de Florentia ciuis Ancone omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Ser Bartolum de bochina de Cherso absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem in omnibus eius placitis litibus quaestionibus controuersijs ac differentijs quas quomodocunque habet siue habiturus est cum quacunque persona Chersi & Auseri ac tota Insula Et ad comparendum si opus fuerit coram domino Comite Chersi & Auseri ac alio

*) Cancellato, con in margine la nota: „1449 die XXII mensis Nouembris cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate Iudicis Nicolai micolich & Bartolomei Antonij de Firmo tanquam procuratoris Ade fratris sui praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Iudice Damiano quondam Matei testibus ad haec uocatis & rogatis. — Ego Antonius cancellarius scripsi“

quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum &c Item Ad iurandum de calumnia & veritate dicenda in anima dicti constituentis Item ad substituendum &c Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

PROTESTUS PRODANI DE PAGO

Die nono mensis Madij Sub lobia comunis Vbi ius redditur Coram dominis Iudicibus ac pluribus consiliarijs Prodanus tanquam Gastaldio fraternitatis Sci Iohannis protestatus fuit contra Iustum Barberium de ducatis decem Auri eo quod causa ipsius Apotheca dicte fraternitatis quae est in publica platea stat vacua. Ego Antonius cancellarius de Mandato Iudici Tonse scripsi.

PRO DOMINO KAROLO MAUROCENO & IERONIMO EIUS FRATRE CONTRA IUDICEM TONSAM

Die XVII mensis Maij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Martino çatanni Blasio cerdone quondam Antonij ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Tonsa quondam Ser Nicole de dicta terra Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iacobo Mauroceno praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine domini Karoli Mauroceno et domini Ieronimi eius fratris quondam domini Siluri et eorum heredum remos ducentos & vigintiquinque a galea longitudinis sex passuum Quos remos dictus Iudex Tonsa habuit mutuo a Ser Castelino de pensauro de remis quondam Ser Bartolomei laurentij a puteo cum voluntate dicti quondam Ser Bartolomei Quos quidem remos praefatus debitor dare & consignare promisit praedictis fratribus siue eorum nuncio in Splagia consueta per totum mensem Iulij proxime futurum Et si accideret quod nauigium mitteretur pro praedictis remis & non essent parati in dicto termino quod tunc & eo casu praefatus Iudex Tonsa teneatur & debeat soluere naulum nauigij pro dictis remis & soluere dictos remos in ratione ducatorum decem et

octo pro singulo centenario Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis praefatus Iudex Tonsa praedicto Iacobo nomine quo supra obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Procura Iudicis Viti In Antonium filium suum

Die quinto mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Teodoro quondam dominici ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Vitus quondam Matchi omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Antonium eius filium absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad agendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare quomodocunque debenti Chersi & in tota Insula tam denarios quam alias res & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram domino Comite Chersi & quocunque alio iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum protextandum sequestrandum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Item ad sustituendum loco sui unum vel plures procuratores & eos reuocandum rato manente praesente Mandato Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda quae In praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum duxerit facienda & necessaria ac utilia videbuntur quae & quemadmodum ipse constituens facere posset si adesset Dans & concedens eidem procuratori suo & substitutis ab eo in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum plenum Arbitrium & generale mandatum cum plena libera & generali amministratione agendi & exercendi omnia & singula suprascripta Promittens eidem procuratori suo & mihi notario infrascripto

tanquam publice persone stipullanti & respondenti vice & nomine omnium quorum interest uel in futurum poterit interesse quicquid per dictum procuratorem & substitutos ab eo actum & factum fuerit perpetuo habiturum firmum & ratum Insuper ipsum & sustitutos ab eo ab omni satisdationis onere releuare & Ex nunc releuans promisit michi notario infrascripto ut supra de Iudicio Sixti & Iudicatum soluendo sub ypoteca & obligatione omnium suorum bonorum

Pro Antonio quondam Ser Andregeti

Die nono mensis Iunij In Terra Fluminis Sci Viti In domo infrascriptorum debitorum praesentibus Ser Rafaele de Fossambruno & Valentino Iurlinouich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis domina Maria uxor quondam Iudicis Iohannis Misuli et Bartolus atque Iacobus eius filij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere nobili viro Antonio quondam Ser Andregeti praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos nonaginta & quinque boni auri & iusti ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt dicti debitores praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dicti debitores eidem obligarunt & pro speciali pignere designarunt vineam suam que dicitur braida cum omnibus iuribus & pertinentijs suis. Qua pena &c*)

Pro Marco radeneuich & gregorio gexidouich

Die Xo (?) mensis Iunij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Tonsa quondam Ser Nicole

*) Cancellato, con in margine la nota: „Cancellatum die XXI mensis Iulij 1459 de voluntate georgij & gasparis Andregeti fratrum, praesentibus Iudice Grisano Iohanne coxarich testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Iudice Mauro Vidonich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius sarctor quondam Stefani habitator dicte terre Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Marco Radenuich ducatos triginta sex boni auri & iusti ponderis et Gregorio gexidouich ducatos quinquaginta septem boni auri & iusti ponderis Et hoc pro porcis habitis a dictis creditoribus Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit praefatus debitor praedictis creditoribus uel Magistro Fabro quondam Martini usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Iudice Mateo quondam Ser donati

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Vito Mateieuich Iohanne dicto Iagnaç testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Gregorius gexideuich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Mateo quondam Ser donati praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta sex boni auri & iusti ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti & ad maiorem cautellam praefati creditoris precibus dicti debitoris Franciscus faber quondam Martini se con-

*) Cancellato, con nei margini le note: „1442 die XVII mensis Iulij Praesentibus Iudice Mauro & Iudice Mateo Marcus Radeneuich fuit contentus & confessus habuisse a martino aurifice ducatos XXV.e & a gregorio sarctore debitore ducatos vndecim Itaque sibi fuit integre solutum & satisfactum“ e „1442 Die XVII mensis Augusti cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate gregorij creditoris praesentibus Magistro Milasino calafato & Vito matronich testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

stituit plegium & fideiussorem praefato creditori Pro dicto gregorio debitore cum obligatione omnium suorum bonorum *)

PARS CAPTA QUOD NULLA PERSONA POSSIT INGREDI POSSESSIONES ALIORUM & QUOLIBET POSSIT PONERE CLAUOS ET HAMOS AD LIBITUM

Die XXo mensis Iunij In Statione Iudicis Nicolai Micolich Per Spectabilem & generosum Virum Dominum Iacobum Raunacher honorabilem capitaneum terre Fluminis Sci Viti Iudices & consiliarios capta fuit infrascripta pars nemine discrepante videlicet quod nulla persona cuiuscunque existat conditionis audeat nec praesumat ingredi vineas ortos nec aliquas possessiones allienas sine licentia patroni sub pena librarum Nouem soluenda confestim per contrafacientem & non possit fieri gratia sed quod Iudices qui tunc erunt teneantur exigere illico ipsam pena sub sacramento quod fecerunt & si contrafaciens non haberet vnde soluere debeat stare in berlina tribus diebus & quilibet habens possessiones possit in futurum absque aliqua pena & alicuius licentia ponere in suis possessionibus siue circa eas quicquid vult & libet & amos ferreos & clauos & tribulos ferreos et similiter facere possit qui laborat possessiones Allienas **)

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die XVII mensis Iulij praesentibus testibus Iudice Tonsa & Ser Nicolao Rayntalar cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris — Ego Antonius cancellarius scripsi“

**) In margine è annotato, a destra: „praeconiçata die 5 Ianuarij (?) 1455“, in fondo: „1449 die ultimo mensis Ianuarij Fuit proclamata in locis consuetis die XXII mensis suprascripti per Nobiles Viros Ser Vitum quondam Ser Matchi Ser Iacobum micolich ad praesens honorabiles Iudices dicte terre Fluminis et omnes consiliarios dicte terre Fluminis sedentes in Lobia comunis excepto Iudice Mauro qui non erat in dicta terra Fluminis confirmata & approbata fuit suprascripta pars addicientes quod tercia pars sit accusatoris tercia pars patroni et tercia pars comunis et soluere debeat damnum illatum Et quamquam patronus possessiones diceret mea fuit voluntas & michi placet quod is damnum qui intullit siue in eius possessione inuentus fuerit in sua possessione accusatus tamen soluere debeat terciam partem comuni et terciam partem accusatori Si tamen patronus possessionis diceret dedisse licenciam inuento in eius possessione ipsam ingredi eidem patrono creditur cum iuramento et non aliter. Que omnia

Pro Petro traonath contra Nichlinum

Die XXV mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus domino Iacobo Raunacher Capitaneo Iudice Mauro Vidonich Iudice Nicolao micolich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nicolaus Rayntalar sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro Traonath praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos uiginti octo boni auri & iusti ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad quindecim dies proxime futuros sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Procura presbyteri Antonij stracinich in Filipum de laurana

Die XXVI mensis Iunij Ante portam castri laurane a mari praesentibus domino presbytero Iohanne plebano Çupano georgio crismanich presbytero Iacobo çurlich omnibus habitatoribus laurane testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique presbyter Antonius stracinich omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Filipum quondam..... de laurana absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium praesertim ad exigendum & recuperandum a Magistro marino muratore omnem & singulam

---

fuerunt proclamata in locis consuetis Die secundo mensis Februarij MCCCCXXXXVIIII.o ut supra. Indictione duodecima. Et debeant siguli Iudices hanc partem obseruare et proclamari facere per iuramentum quod fecerunt domino et comuni"

*) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die XXIIII mensis Augusti cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Bartolo Misuli & Ser Valentino quondam Iurlini testibus ad haec uocatis &c - Ego Antonius cancellarius scripsi"

pecunie quantitatem res & quecunque alia que dicto constituenti dare deberet tam pro fideiussione septem Marcarum denariorum pro ipso facta quam pro damno & interesse ac alia quacunque causa & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram domino potestate duorum castrorum & quocunque alio Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia &c Dans &c Promittens &c

Protestus Iohannis Tomiçich contra laçarum Ser Boncine

Die sexto mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Prouido viro Ser Batista çechi Bartolomeo Matiucij ambobus de Firmo Antonio Nicolai de monte albodio testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram prouidis viris domino Ambrosio quondam Ser Marci ac domino Tonsa quondam Ser Nicole honorabilibus Iudicibus dicte terre Fluminis Comparuit Iohannes Tomiçich habitator Breseçi asserens & dicens qualiter dum die XVIIII mensis Iunij ipse transiret iuxta ecclesiam sci Iacobi a prelucha cum aliquibus porcis uenit quidam Laçarus filius Ser Boncine belli de tregesto cum aliquibus eius socijs siue famulis & accepit sibi porcos omnes quos conducebat ad partes istrie & pondus..... ducatis & vnam cultellam & duo paria substellarium tandem quod restituti sunt sibi semiviui & non omnes quia deficerent sibi XV^{cim} porci vnde ipsi Iohanni secute sunt multe expense ac etiam damnum & detrimentum immensa passus est quia propter hoc non potuit conducere porcos quo volebat quia erant fessi Quapropter omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit protestatus fuit contra praefatum laçarum licet absentem pro damno & interesse passis ob suprascriptam causam ducatos sexanginta auri & expensas secutas ac secuturas ob hanc causam.

Pro Iohanne Matiucij contra Martinaç

Die XI mensis Iullij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito matronich Blasio cerdone quondam Antonij testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus quondam Çanini sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iohanni Matiucij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos octo boni auri & iusti ponderis Et hoc pro duobus çabris olei Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis sub pena quarti Et ad maiorem cautelam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit suam vineam na braido.

Pro filijs quondam Ser Moysi de Pago Emptio omnium bonor' m maternorum

Die XII mensis Iullij In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Vito barolich Iudice Damiano quondam Matei omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique domina Ilsa uxor pauli quondam lucacij de dobreueçano sub Crupa cum voluntate & consensu dicti Mariti sui ibidem praesentis per se suosque heredes & successores iure proprio & in perpetuum dedit vendidit & tradidit dominis Pasine & Clare & Nicolao fratribus & filijs quondam Ser Moysi de pago & dicte dominae Ilse praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus omnem & singulam partem que quomodocunque ipsi venditrici spectat siue spectare posset in omnibus & singulis bonis emptis siue quocunque alio modo acquisitis quouis tempore a praefato quondam Ser Moyse olim marito dicte domine Ilse Dans & cedens dicta venditrix praefatis filijs suis omnia & singula iura & actiones reales & personales tacitas & expressas quomodocunque ipsi venditrici spectantes & spectaturas in praefatis bonis ubicunque existant

inter suos confines & cum omnibus habentijs & pertinentijs suis Et hoc pro precio et nomine precij ducatorum quinquaginta duorum auri et librarum quatuor paruorurum Quod precium totum eadem venditrix fuit contenta & confessa se habuisse ac manualiter recepisse a dictis emptoribus Promittensque dicta venditrix per se suosque heredes dictis emptoribus stipullantibus pro se suisque heredibus & successoribus praefatam venditionem et omnia & singula suprascripta perpetuo firma rata & grata habere tenere obseruare & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena dupli eius quod peteretur stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Nicolao Rayntalar contra eius cognatum

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique Nicolaus quondam Ser Moysi de pago sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nobili Viro Nicolao Raytalar eius sororio ducatos decem & septem boni auri & iusti ponderis et solidos sexaginta quatuor paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non &c*)

Procura in georgium Filicanouam

Die XIII mensis Iulij super nundinis Sce Malgarite de bucharo praesentibus Ser Castelino Iohannis de pensauro Ser Rafaele de Fossambruno ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis Sci Viti testibus ad haec uocatis & ro-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1443 die 17 mensis Iunij Cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Mauro Vidonich & Iudice Tonsa quondam Ser Nicole testibus ad haec uocatis & rogatis &c — Ego Antonius cancellarius scripsi“

gatis ac alijs Ibique Tomas gusich de Flanona omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Georgium Filacanouam quondam Martini absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad comparendum coram Magnificis dominis auditoribus sententiarum ueterum comunis Venetiarum Ad accipiendum citationem qua possit citare Elisabeth olim concubinam presbyteri Schlaui habitatricem chersi & hoc pro appellatione ab ipso constituente facta a quadam sentencia lata per dominum Bernardum Fuscareno tunc potestatem albone & Flanone in fauorem dicte Elisabeth Et generaliter &c Dans &c Promittens &c.

Pro Marco radeneuich contra dominicum de Albona

Die XV mensis Iulij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Mochoro seualich & paulo mortatich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Dominicus quondam Ser Grisani de Albona sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Marco radeneuich de Iuançe praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quinquaginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro porcis habitis a dicto creditore Quos quidem ducatos dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori siue Francisco fabro uel eius uxori usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum Et si praefatus debitor in dicto termino dicto debitori praedictos ducatos non soluerit & dictum creditorem oportebit ire Albonam ob hanc causam quod tunc & eo casu dictus debitor dare & soluere teneatur praedicto creditori ducatos decem auri pro expensis cum obligatione omnium suorum bonorum*)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1442 die XV mensis Augusti cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti quia magister Franciscus faber fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum fuisse praesentibus Iudice Mateo Petro lastinich & quirino glauinich testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Pro Ser Batista cachi de Firmo contra Iudicem Mateum

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Nicolao micolich Iudice Tonsa quondam Ser Nicole Ser Castelino Iohannis de Pensauro omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis Ser Iohanne Matiucij de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati ciuis dicte terre Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Prouido viro Ser Baptiste cachi de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos ducentos & vndecim boni auri & iusti ponderis quorum ducatorum praefatus Iudex Mateus receperat a praedicto Ser Baptista ducatos ducentos in bona societate cuiusdam quantitatis olei cum pactis & condicionibus uti constat in actis prudentis viri Ser Antonij Nicolai de Firmo notarij & ducatos vndecim pro lucro secuto ex praedicta quantitate olei Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori super nundinis Recanati proxime futuris Aut Ancone super Bancho mei ab aleis de Florentia per totum mensem septembris proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Testificatio

Die XVI mensis Iullij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione Iudicis Nicolai Micolich Coram spectabili viro domino Iacobo Raunacher capitaneo Iudicibus & consilio Georgius sarctor quondam Stefani testis productus per Iacobum micolich dicte terre Fluminis in eo de eo & super eo quod ipse Iacobus micolich coram suprascriptis dominis conquestus fuerat qualiter super littore maris coram personis fidedignis Bartolomeus & Michael fratres & filij Ser Antonij de gopo de Tergesto dixerant sibi quod fuerat oblocutus de domina dominica eorum sorore & aliqua uerba inhonesta & turpia de ea dixerat praefato georgio testi ac etiam georgio filio Iudicis Stefani de dreuenico & alijs personis Dato ergo a suprascriptis dominis sacramento tactis scri-

pturis praefato georgio sarctori de veritate dicenda praesente dicto Michaele & Interrogatus si audiuit aut scit quod praelibatus Iacobus oblocutus fuerit aut verba turpia & inhonesta dixerit de dicta domina dominica dixit & testificatus fuit quod per sacramentum quod fecerat quod nec scit nec unquam audiuit quod praelibatus Iacobus oblocutus fuerit siue aliquod uerbum inhonestum uel turpe dixerit de suprascripta domina Dominica eorum sorore.

Testificatio

Vltrascriptis die ac loco coram suprascriptis dominis georgius filius Iudicis Stefani de Dreuenico testis productus per Iacobum micolich super ultrascripta causa Dato eidem sacramento de veritate dicenda tactis scripturis a suprascriptis dominis dixit & testificatus fuit in omnibus & per omnia uelut praefatus georgius sarctor.

Pro Martino Radauich contra Malgaritam

Die XVIo mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Teodoro quondam Dominici Agabito diraçich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Malgarita uxor quondam Tomaci per se suosque heredes & successores fuit contenta & confessa se habuisse ac recepisse a martino radauich de Castua et draga eius uxore ducates quatuor occasione Sententie late per Iudices arbitros inter ipsas partes ellectos pro domo.

Pro Stefano cernolich

Die XVI mensis Iulij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Damiano quondam Matei Ser Ançelino bonfiolo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Rafael de Fossambruno promisit Stefano cernolich praesenti quod quandocunque dictus Stefanus pro se & non pro alijs uoluerit exigere vineam quam emit ab ipso Rafaele ipsam sibi restituet pro tanto precio quanto praefatus Ser Rafael emit eam a dicto Stefano Et quod ipse Ser Rafael non accipiet ipsam vineam de manibus ipsius Stefani pro ut

nunc tenet ad socedam ad medietatem quousque dictus Stefanus eandem vineam laborauerit bene & diligenter secundum consuetudinem terre Fluminis Sci Viti *)

Pro Iudice Mateo contra Gregorium gexideuich

Die XVII mensis Iulij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Tonsa quondam Ser Nicole Nicolao Rayntalar testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Gregorius gexideuich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Mateo quondam Ser donati praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta vnum boni auri & iusti ponderis nomine mutui ac pro croco habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum siue animalia dummodo fuerunt concordes pro precio sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudice Mateo contra paulum lustalar

Die XVIII mensis Iulij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito matronich Valentino Iurlinouich ambobus habitatoribus terre Fluminis Sci Viti testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Paulus lustalar de labaco per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac manualiter recepisse a Iudice Mateo quondam Ser donati ducatos quingentos boni auri & iusti ponderis Et hoc pro parte solutionis unius debiti Renuncians dictus Iudex Paulus exceptioni non date non solute & non numerate dicte quantitatis pecunie omnique alij suo iuri ac legum auxilio

*) Cancellato, con in margine la nota: „1445 die XXV.o mensis nouembris cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate Stefani cernolich praesentibus Iudice Stefano ruseuich Prodano de pago Blasio dicto blasuth testibus ad haec uocatis & rogatis ac alij — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Pro Simone tolchouich contra georgium cotouich

Die XVIIII mensis Iulij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus presbytero Gaspare cresolich Iohanne coxarich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique calculata ratione Inter Simonem tolchouich de laurana & georgium diraçich suo nomine ac nomine matris sue nense pro omnibus & singulis expensis factis in domo dicti Simonis per Agabitum fratrem dicti georgij in domo dicta dictus Simon dare debet praefato georgio nominibus quibus supra libras uiginti nouem & solidos octo diffalcandos singulo anno more solito videlicet libras tresdecim paruorum.

Pro Iudice Nicolao & Adam contra paulum lustalar

Die 19 mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Antonio de gopo de Tergesto Ser Rafaele de Fossambruno testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Paulus lustalar de labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ac nomine & vice Ade Antonij de Firmo et eius heredum ducatos quinquaginta-octo boni auri et iusti ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor prefatis creditoribus ad omnem eorum requisitionem sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Protestus Iudicis Viti rosso contra Iohannem de Castua

Die XXV mensis Iulij apud ecclesiam Sci Iacobi a prelucha praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Iuissa Sarctore Satnico Braimano Satnico ambobus de castua testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro Bartolo Misuli Capitaneo Castue & Iudice Iachuço Comparuit Iudex Vitus quon-

dam Matchi asserens & dicens qualiter dedit Iohanni Tomiçich de Castua certam quantitatem pecunie ut faceret sibi remos a galea et nunc dictus Iohannes non seruat sibi pacta nam non dat sibi remos quos facit sed alijs nec etiam ipsi dat libras centum & quinquaginta quas sibi tenetur vnde praefatus Iudex Vitus considerato quod promisit remos quos dare non potest propter defectu dicti Iohannis & ipsi sequitur damnum & verecundia protestatus fuit contra praefatum Iohannem ibidem praesentem Ducatos uigintisex auri pro singulo centenario remorum & expensas secutas & secuturas

Pro Adam de Firmo contra blasium cerdonem

Die XXVIII mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ançe sarctore de Alemania Bartolomeo Matiucij de Firmo ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Blasius cerdo quondam Antonij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Bartolomeo Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine Ade fratris sui & eius heredum libras uigintiocto et solidos decem paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Conuentio Pauli cimal cum Tonsa remerio

Die XXVIIII mensis Iulij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iacobo cerdone de Curçula Mochoro cergnauaçich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Tomas remerius de bucharo promisit & se obligauit dare & consignare Paulo cimali de Venetijs ibidem praesenti mille remos a galea in splagia terre Fluminis per totum mensem septembris proxime futurum pro precio infrascripto videlicet

quod dictus Paulus dare & soluere debeat & teneatur praefato tome centenarium remorum passuum quinque cum dimidio ducatos sexdecim pro singolo centenario & centenarium remorum sex passuum ducatos uiginti auri pro singulo centenario Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura

Pro domina Radna contra Mateum cersat

Die XXVIIII mensis Iullij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Martino de Segna aurifice testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Mateus cersato sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nicolao Repeglie praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine dominae Radne olim uxoris Matei piliparij & eius heredum pro saldo omnium & singularum suorum rationum libras decem et octo et solidos decem & nouem paruorum Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Protestus Ambrosij quondam Matchi contra Iohannem brigadam

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Vito barolich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro domino Tonsa quondam Ser Nicole honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Ambrosius quondam Matchi pilar asserens & dicens qualiter dedit suam vineam Iohanni brigade ad laborandum & quod dictus Iohannes anno praeterito vindimiauit praefatam vineam nec ipsam laborauit anno praeterito neque praesenti vnde vinea deuastatur Idcirco protestatus fuit contra praedictum Iohannem ibidem praesentem omne damnum quod boni uiri existimabunt dictam

vineam percepisse quia non fuit laborata & expensas secutas & secuturas.

Concordium consiliariorum terre Fluminis cum magistro georgio muratore de Iadra

Die primo mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione Iudicis Nicolai Ibique Venerabilis Vir dominus presbyter Mateus Arcidiaconus & plebanus Iudex Ambrosius cresolich Iudex Tonsa quondam Ser Nicole Iudex Maurus Iudex Cosma radolich Iudex Nicolaus micolich Iudex Vitus barolich Iudex Damianus quondam Ser Marci Iudex Mateus quondam Ser donati Iudex Stefanus blasinich omnes consiliarij dicte terre Fluminis pro se ac suis successoribus fecerunt tale concordium & pacta cum magistro georgio quondam dimitrij de Iadra muratore videlicet quod dictus Magister georgius teneatur & debeat eleuare ecclesiam Sce Marie de dicta terra Fluminis duodecim pedibus cum muro equali alio muro incipiendo mensurare a muro super quo stant trabes a parte inferiori trabum a duobus lateribus cum frontali & frontaspeto cooperto de lauris suis siue tegulis viuis corresponsuris iuste muro laterum Et hoc cum suis lapidibus quos lapides laborare debet secundum quod sunt lapides super Ianua parua & ipsas lapides debet fodere & praeparare iuxta mari vbi est fouea & praefati consiliarij tenentur & debent ipsos lapides calcem & omne praeparamentum iuxta ecclesiam praedictam praeparare Dictus etiam magister georgius ponere debet grondalia sua grossa tribus digitis a duobus lateribus & a frontali grondalia subtiliora que grondalia dictus georgius conducere debet usque ad Splagiam Fluminis & illi De Flumine debent conducere debent siue portare uel praeparare iuxta ecclesiam praedictam dicta grondalia Et debet destruere exedram iuxta Sacrastiam & ipsam murare & ibidem murum bene ligare debet etiam facere fornicem siue arcum super Ianua parua de suis lapidibus viuis & facere exedram quae est super dicta Ianua maiorem tribus pedibus & Ibidem etiam bene ligare murum et similiter etiam debet ligare murum iuxta angulum dicte Ianue et tenetur & debet coperire ecclesiam cum calce et omnia lignamina laborare videlicet ca-

tenas & cagnolos dolobrare & leuigare & alia lignamina solummodo dolobrare. Consiliarij autem praefati dare debent omnia praeparamenta exceptis grondalibus lapidibus & lauris que omnia praefati consiliarij debent praeparare iuxta ecclesiam praedictam Quod opus complere teneatur & debeat usque ad quatuordecim menses proxime futuros Pro quo quidem opere praefati domini dicto Magistro georgio dare & soluere promiserunt ducatos ducentos boni auri & iusti ponderis & operarios quadraginta Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt praefati consiliarij dicto Magistro georgio per terminos infrascriptos videlicet nunc ducatos decem auri pro ara & ducatos quindecim quando reuertetur cum suis instrumentis ad laborandum et ducatos uiginti quinque usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum ipso tamen in dicto opere laborante Et ducatos quinquaginta usque ad festum Sci georgij proxime futurum ipso Magistro laborante Et ducatos quinquaginta per totum mensem Iulij proxime futurum Et residuum completo praescripto opere Quam quidem solutionem facere promisit dicto Magistro georgio Iudex Mateus quondam Ser donati officialis praefate ecclesie Sce Marie Promittens vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta obseruare attendere & adimplere sub pena ducatorum quinquaginta auri soluenda per partem non obseruantem parti suprascripta obseruanti cum obligatione bonorum utriusque partis.

Concordium inter Iudicem Nicolaum & georgium muratorem

Die primo mensis Augusti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Tonsa quondam Ser Nicole Iudice Mauro Vidonich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus micolich tale concordium & forum fecit cum magistro georgio quondam Dimitrij de Iadra videlicet quod dictus Magister georgius destruere debeat cauam magnam infra arcum qui est super altari Sce Marie in ecclesia Sce Marie de terra Flumine praedicta usque ad fundamenta & aliam cauam ibidem construere de nouo quam protrahere debeat magis extra quinque pedi-

bus siue quatuor cum dimidio magis quam est hec que debet destrui & dicta cuua debet iuste correspondere muro dicte ecclesie qui debet eleuari & debeat facere frontale & frontaspetum coopertum lauris dicti georgij pro qualitate illa & quemadmodum facere debet frontale & frontaspetum a latere anteriori iuxta concordium cum consiliarijs dicte terre fluminis factum Dictus etiam Iudex Nicolaus dare debet calcem sabulum & lapides iuxta praedictam ecclesiam qui sunt parati pro domo quam eleuare uolebat & dictis lapidibus deficientibus dictus georgius dare debet suos lapides usque ad perfectionem praefati operis. Quod opus incipere debet per totum mensem praesentem & prosequi dictum opus Et hoc pro foro quinquaginta ducatorum boni auri & iusti ponderis Quos quidem ducatos quinquaginta dare & soluere tenetur praefatus Iudex Nicolaus praedicto Magistro georgio uelut Ipse laborabit Promittentes vna pars alteri adinuicem solemnibus stipulationibus hinc inde instrumentibus omnia & singula suprascripta attendere obseruare & adimplere sub pena ducatorum uiginti quinque auri solûenda per partem non obseruantem parti suprascripta obseruanti cum obligatione bonorum utriusque partis.

Protestus Antonij de Pensauro contra Iudicem Mateum

Die 3 mensis Augusti sub Arbore ante portam terre Fluminis Sci Viti praesentibus Vito matronich Dominico carpentario de Iadra ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Antonius filius Ser Santes paterno de pensauro Comparuit Coram Nobili Viro Iudice Ambrosio cresolich honorabili Iudice dicte terre Fluminis asserens & dicens qualiter vendidit certam quantitatem vini Iudici Mateo quondam Ser donati cum his pactis & condicionibus videlicet quod per totum mensem Iulij proxime praeteritum debeat sibi reddere vassa aptata in quibus erat vinum & mensurare dictam quantitatem vini per totum suprascriptum terminum nunc autem dictus Iudex Mateus non reddit sibi vassa omnia uelut fuerunt eorum pacta vnde praefatus Antonius omni meliori modo iure & forma quibus fieri potest protestatus fuit

contra praefatum Iudicem Mateum praesentem & suprascripta confitentem pro omni & singula summa tenute vassorum ad mensuram pensauri duos bononenos pro hoc anno prout soluitur pensauri eo quod ipsa habere non poterit tempore debito Et naulum quod soluet plus eo quod solueret quia non potest introponere vassa parua in magnis ut moris est & etiam expensas quas patietur In mittendum vnum hominem qui mensurabit vinum idest praefata vassa deficientia uel que deficiunt Et etiam protestatur quod vassa omnia reddantur sibi aptata prout dicto Iudici Mateo aptata dedit quando vendidit sibi vinum et expensas secutas & secuturas ob hanc causam

Copia littere misse domino Corado de Foramine Capitaneo pissini

Spectabilis ac generose amice carissime Hodie recepimus litteras vestras quibus intellectis bene respondemus quod responsum litere vestre prime dare nequimus propter absentiam Capitanei nostri qui venit in hoc festo & etiam propter festum omnino tamen hodierna die dabamus vobis responsum scribitis nobis qualiter capi fecimus Nicolaum Rayntalar contra Serenitatem Serenissimi & incliti domini nostri domini Regis romanorum &c & contra uos quod non fecimus nec facere intendimus ymo deus auertat quod nos facere nec temptare audeamus rem aliquam quae contra honorem praefati Serenissimi domini regis uel contra honorem nostrum foret cum ipse sit dominus Magnifici domini nostri & etiam noster Nam nos capi fecimus dictum Nicolaum tanquam habitatorem & ciuem nostrum qui collectas fationes & omnes alias angarias facit quemadmodum faciunt alij nostri ciues habitat enim cum tota eius familia in terra Fluminis Noueritis autem qualiter dictus Nicolaus ciuis noster exiuit terram Fluminis clam & expectauit aliquos subditos Comitis Cille qui fuerant in dicta terra Fluminis cum suis mercimonijs quosque cum inuenit de nocte derobauit & ipsis derobatis reuersus est ad terram Fluminis cum parte derobationis et statim se abscondit & quod fortius est eadem nocte pertransiturus erat quidam nuncius ducis mediolanensis cum aliquibus ancipitribus magnis quem prae-

fatus Nicolaus expectabat & pernotabat interrogans aliquos pastores an dictum nuncium uidissent quod cum dicto nuncio nutu dei relatum fuisset ab vno pastore quod tres homines cum stambichinis ipsum pastorem interrogauerant si uidissent vnum hominem equitantem cum duobus pedestribus qui ancipitres portabant ad terram Fluminis reuersus est non audens ire per terram venditoque equo per mare cum ancipitribus Venetias accessit Quapropter Spectabilitas vestra quae his multo maiora percipit intelligere potest quod dictus Nicolaus se pessime gessit & magnum delictum ac fallum commisit propter que secundum quod iusticia ac iuris ordo exigit et requirit magnam meretur punitionem vnde credimus et speramus quod Spectabilitas vestra non male ferret hec cum Magnificus usque nunc dominus noster pacifice stet cum quacunque persona nec aliquod aliud mandatum a domino nostro habemus. Quia tamen Spectabilitas vestra nobis scribit quos nos & bona uostra intromittere ac retinere velletis ob hanc causam Admiramus quia in aliquo Vobis culpabiles non sumus neque scimus ob quam iustam causam aduersus nos uel bona nostra facere haec intendatis Quocirca vobis supplicamus nullam aduersus nos capiatis maliuolentiam nec aduersus nos aliquam faciatis ncuitatem velut speramus si subditos nostros maleficientes punire intendimus. Hec autem omnia intimare intendimus Domino Iohanni Reychenburger vicedomino Magnifici Domini nostri Nosque Spectabilitati vestre se recommittimus. Datum In Terra Fluminis Sci Viti die XVIII mensis Augusti 1442.

Iacobus Raunacher Capitaneus Iudices ac regimen terre Fluminis Sancti Viti

A Tergo

Circumspecto ac generosissimo Milliti domino Corado vicecomiti de luncz & Foraminis necnon honorabili Capitaneo Pissini amico honorabili &c

PROCURA DOMINAE MARIE MISULICH

Die XXo mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In domo habitationis infrascripte domine Marie prae-

sentibus Iudice quirino spinçich de Castua Valentino Iurlinouich de dicta terra Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis domina Maria uxor quondam Nobilis viri Iudicis Iohannis Misuli omni via modo iure et forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit · constituit creauit et ordinauit Nobilem virum Iudicem Iacobum radouich de Segna praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad dandum tradendum & vendendum Medietatem vnius domus siue stationis quam habet Segne pro indiuiso cum generoso millite domino Nicolao de barnis vicario Segne & Ad instrumentum venditionis cum solemnitatibus necessarij faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula gerenda & procuranda quae in praedictis &c Dans &c Promittens &c.

Compromissum

Die XXIo mensis Augusti In terra Fluminis Sci Viti In Statione Iudicis Matei infrascripti praesentibus Ançelo de Cristianis de Ancona Benedito quondam Ser Çonni de pensauro Iohanne barlech Marco cersatich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique cum verteretur lis & controuersia inter Iudicem Mateum quondam Ser donati & Stefanum Marci callelli multis ac quampluribus differentijs tam occassione societatis inter ipsos habite quam omnium & singularum differentiarum quas quomodocunque haberent siue habere possent ac potuissent quacunque ex causa usque ad praesentem diem volentesque parcere laboribus & expensis promiserunt & compromiserunt sponte tam de iure quam de facto comuniter & concorditer in prouidos viros Iudicem Ambrosium quondam Ser Marci de Flumine & Ser Ancelinum bonfiolo de Florentia Ser Castelinum Iohannis de pensauro & Me Antonium de reno notarium infrascriptum tanquam in arbitros arbitratores & amicabiles compositores dispensatores & bonos viros Promittentes praefate partes scilicet vna pars alteri vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus stare parere obedire & non contrafacere uel venire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto omni & singule Sen-

entie laudo arbitrio terminationi diffinitionibus & pronuntiationi que uel quas praefati arbitri arbitratores & amicabiles compositores dixerint fecerint pronunciauerint diffiniuerint sententiauerint terminauerint siue arbitrati fuerint cum scriptura uel sine semel uel pluries diebus feriatis & non feriatis eundo sedendo stando quomodocunque quandocunque qualitercunque & ubicunque cum iuris cognitione & solemnitate uel sine partibus praesentibus uel absentibus sub pena ducatorum centum auri cuius pene tercia pars sit & esse debeat Magnifici domini nostri de Valse Tercia pars comunis dicte terre Fluminis et Tercia pars praedictorum arbitrorum arbitratorum & amicabilium compositorum stipullatione inter ipsas partes & ab ipsis ambabus partibus in singulis capitulis huius contractus solemni in solidum promissa que totiens in solidum committatur & esigi possit quotiens contrafactum fuerit & refectione damnorum & expensarum litis & extra cum obligatione bonorum utriusque partis Qua pena soluta uel non omnis tamen & singula sententia laudum arbitrium terminatio diffinitio & pronunciatio que uel quas praefati arbitri arbitratores & amicabiles compositores dixerint fecerint pronunciauerint terminauerint sententiauerint difiniuerint & pronunciauerint siue arbitrati fuerint rate & firme uel rata & firma persistant & praesens instrumentum compromissi plenissimam obtineat firmitatem & robur omni & singula iuris ac litis exceptione cessante penitus & remota.

SEQUESTRUM IUDICIS MATEI QUONDAM SER DODATI

Die XXVIII mensis Augusti In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Tomasino quondam Tome de Vegla Ambrosio radolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro domino Tonsa quondam Ser Nicole honorabili Iudice dicte terre Fluminis praesente Ser Bartolo de la çichima de pensauro comparuit Iudex Mateus quondam Ser donati asserens & dicens qualiter Stefanus Marci callelli de Ancona dimisit pensauri in manibus praefati Ser Bartoli in eius funtico siue statione quinquaginta quinque ballas coriorum ala-

manorúm uel circa et fassios decem ferri uel circa que res sunt ipsius Matei Quapropter interdixit & sequestrauit in manibus praefati Bartoli praesentis omnes & singulas res supracriptas Protestans contra ipsum Bartolum suprascripta coria & ferrum si ipse Bartolus alicui ipsa consignauerit uel dederit sine eius licencia & damnum & interesse quae ipsi Mateo ob hoc sequerentur.

PROTESTUS DOMINICI DICTI DOMINACH

Vltrascriptis die loco ac testibus Coram Nobili viro domino Tonsa honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Dominicus carpentarius de Iadra habitator dicte terre Fluminis asserens & dicens qualiter ipse fuit plegius & fideiussor coram regimine praefate terre Fluminis pro Stefano Marci callelli praesentandi dictum Stefanum in iure ad omnem requisitionem praedicti regiminis nunc vero praedictus Stefanus clam recessit insalutato hospite & ipse Dominicus cogitur ad soluendum Iudici Mateo quondam Ser donati certam quantitatem pecunie quod ipsi dominico reuertitur in magnum incomodum & detrimentum Quapropter ipse dominicus omnibus & singulis iuris remedijs quibus magis & melius fieri potest protestatus fuit contra praefatum Stefanum licet absentem totum id quod pro eo solueret & omne & singulum damnum quod ob hanc causam pateretur & etiam singula die qua ob hanc causam non poterit laborare & facere facta sua solidos quadraginta paruorum & expensas.

PROCURA IOHANNIS MATIUCIJ DE FIRMO

Die 4º Decembris Venetijs in riuo alto praesentibus Magistro Mateo sclauo tinctore habitator venetiarum Tonsa gusich de Flanona testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Prouidus vir Ser Iohannes quondam Matiucij de Firmo omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Bartolomeum fratrem suum absentem sed tanquam praesentem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti tam de-

narios quam alia in terra Fluminis & in omnibus partibus Schlauonie & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice ad agendum petendum &c Et generaliter Dans &c Promittens &c.

Pro Ser Rafaele contra Stefanum cernolich & eius uxorem

Die XXIIII mensis decembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Crestolo Silçich Laurentio Marinario quondam Blasij Bencho de Sagabria testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus cernolich & Stana eius uxor sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Ser Rafaeli de Fossambruno praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus libras trigintaseptem paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt dicti debitores praefato creditori usque ad festum Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro Et ad maiorem cautelam praefati creditoris dicti debitores eidem obligarunt & pro speciali pignere designarunt suam vineam in Rastocine.

Protestus Matei Schof de Marano

Anno 1443

In Christi nomine amen anno natiuitatis eiusdem Millesimo quadrigentessimo quadragessimo tercio Indictione sexta Die secundo mensis Ianuarij In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Mauro Vidonich Ser Stefano blasinich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili Viro domino Tonsa quondam Ser Nicole honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Ser Mateus quondam Antonij Schof de marano asserens & dicens qualiter Ser Paulus cimal de Marano nauliçauit eum pactis & condicionibus infrascriptis vide-

licet quod praedictus Ser Mateus debebat accedere Bucharum cum suo nauigio & ibi onerare mille remos quibus oneratis debebat tunc uenire ad Splagiam Fluminis vbi dicitur Reçiçe & ibidem onerare debebat remos praedicti pauli usque ad complementum oneris siue carici sui & praefatus Ser Mateus esse debebat expeditus per terminum octo dierum appulso nauignio Bucharum quod minime factum est nam ipse appulit ut dixit cum suo nauignio bucharum in vigilia Sancti Nicolai proxime praeteriti & ibidem stetit quampluribus diebus & non potuit habere nisi octingentos remos deinde uenit ad Splagiam praedicte terre Fluminis ut oneraret siue caricaret remos et non inuenit aliquem remum supra dicta splagia & ibidem expectauit usque ad praesentem diem & non potuit habere caricum siue onus suum quod praefato Mateo reuertitur ac reuersum est in maximum damnum & detrimentum propter abundantiam expensarum ipsi occurrentium Vnde praefatus Ser Mateus omnibus & singulis iuris remedijs quibus magis & melius fieri potest protextatus fuit contra praedictum paulum cimal absentem sed tanquam praesentem omnes & singulas expensas damna et interesse ipsi mateo ob hanc causam secutas & secuturas.

Pro Ançe & Crismano & çupano Volcina

Die 3º mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus domino presbytero georgio plebano Castue Çupano Filipo quondam quirini Iudice Antonio surchlinouich ambobus de Castua testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique praesentè Iudice xauida procuratore ecclesie Sancte Elene de Castua Magister Ianes et Magister Crismanus ambo de los carpentarij dixerunt & confessi fuerunt qualiter sunt contenti recipere a çupano Volcina schontrich de Castua libras quinquaginta duas paruorum et hoc pro parte solutionis denariorum quos habere debent a Comunitate Castue pro copertura ecclesie Sce elene de Castua Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere tenebatur praefate ecclesie Sce Elene praedictus Volcina vigore sentencie & concordij siue arbitrij quam & que fecerunt Çupanus alexander de Nerine Ser doclegna procacino Iudex Fabianus Am-

brosius dobricinich Antonius xobalich omnes de Castua & ego Antonius notarius infrascriptus tanquam arbitri electi per dictum Çupanum volcinam & Iudicem xauidam procuratorem ecclesie praedicte de Mandato domini Iohannis Reycenburger die ultimo mensis decembris proxime praeteriti Castue in domo suprascripti Çupani Volcine et hoc eo quod fuerat Gastaldio suprascripte ecclesie Sce elene multis annis et nesciebat dicere introitus perceptos nec expensas ab ijs factas reddentes praefati arbitri ipsum çupanum Volcinam absolutum de omni eo quod quomodocunque Çupanus Volcina dare teneretur nomine dicte Gastaldarie praedicte ecclesie Sce Elene soluendo tamen dictas libras quinquaginta duos in quibus ipse çupanus Volcina per suprascriptos arbitros fuit sententiatus suprascriptis carpentarijs quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere tenetur dictus Çupanus Volcina suprascriptis carpentarijs quandocunque coperient ecclesiam praefatam sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Valentino contra Iudicem Damianum & Vitum Matronich

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Ser Rafaele de Fossambruno Agabito diraçich Veneciano de Cregnino omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis Sci Viti testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Damianus quondam Matei et Vitus matronich ambo habitatores dicte terre Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Ser Valentino Iurlinouich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus valorem modiorum centum vini uel plus uel minus secundum quod reperietur in mensura pro precio & nomine precij soldorum nonagintaduorum pro singulo modio quam vini quantitatem dicti debitores receperunt in septem vassis plenis Quem valorem vini siue precium dicti debitores praefato creditori dare et soluere promiserunt usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futu-

rum sub pena quarti Et ad maiorem cautellam praefati creditoris praedictus Iudex Damianus pro parte sua id est pro medietate valoris dicti vini eidem obligauit & pro speciali pignere designauit cum voluntate & consensu domine Lepice uxoris sue uelut coram praefato Ser Rafaele & me notario infrascripto dixit & contentauit in curia eius habitationis ortum suum positum in luche iuxta Ser Antonium Andregetich & Ser Castelinum Et si dictus ortus non sufficeret ad solutionem medietatis valoris dicti vini tunc praefatus creditor potest petere & exigere omne id quod deficiet a suprascripto Vito Matronich creditore Pro quibus omnibus & singulis obseruandis & attendendis dictus Vitus debitor praefato creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia

Pro Nichlino contra Iudicem Maurum

Die quarto mensis Ianuarij In Barbacano terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Damiano quondam Matei Ser Rafaele de Fossambruno omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Maurus Vidonich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere nobili viro Nicolao Rayntalar habitatori dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum et octoaginta paruorum Et hoc pro vino habito a dicto creditore Quos quidem denarios dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum natiuitatis domini nostri Iehesu Christi proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pars capta quod nullus possit vendere pro precio maiori sine licentia Iudicum

Die Xo mensis Ianuarij in Terra Fluminis in Stuba Iudicis Matei prope plateam per dominos Iudices & consilium dicte terre Fluminis considerantes quod multe fraudes commit-

tuntur ab his qui ponunt res suas ad maius precium quam prius fuerint dicentibus iam sunt tot dies quod non vendimus eo quod voluimus vendere in cariori foro & nolentes talia committantur capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet quod nulla persona tam terrigena quam forensis cuiuscunque condicionis existat audeat aut praesumat ponere aliquam rem in maiori precio quam prius vendiderit nisi prius notificet dominis Iudicibus sub pena librarum octo paruorum Que pars eodem die proclamata fuit in locis consuetis per georgium publicum preconem Et quod scribere faciat diem qua se praesentauerat his pactis elapsis octo diebus valeat vendere in cariori foro aliter cadat ad suprascriptam penam. *)

Pro Teodoro & Vito

Die XVIII mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Rafaele de Fossambruno petromarino de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Maurus Vasmiçich se obligauit Teodoro & Vito Mateieuich praesentibus ad protrahendum ipsorum Sagenam ad eorum libitum cottidie usque ad Festum resurrectionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum hoc pacto quod omni & singula nocte qua dicti Teodorus & Vitus siue alter ipsorum praeciperet praefato Mauro quod iret ad protrahendum ipsorum Sagenam & non accederet soluere debeat praedictis Teodoro & Vito & illis qui ipsam Sagenam protraherent libras quatuor pro singula nocte qua non ibit ad protrahendum sagenam ut supra.

Pro Iudice Iurcho contra Nicolaum de Castua

Die 3º mensis Februarij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Teodoro quondam dominici Vito Mateievich Marco cersatich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nicolaus quondam Viti bosauich de Castua sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque here-

*) Sul margine è annotato: „preconiçata die 5 Ianuarij 1455."

des & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Iurcho de dreuenico praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras octuaginta quatuor paruorum Et hoc pro quadam vinea vendita dicto debitori a praefato creditore Quam quidem pecunie quantitatm dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet medietatem usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum & alteram medietatem usque ad festum Sci Martini proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta *)

Procura Teodori

Die quinto mensis Februarij In Statione mei notarij infrascripti in terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Cosma radolich Melchior quondam Leonardi testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Teodorus quondam dominici ciuis terre Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit prouidum virum Ser Quirinum filium Iudicis Viti dicte terre Fluminis praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti pissini & in eius comitatu tam denarios quam alia & de per eum receptis finem dimissionem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum testes & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula &c Dans &c Promittens &c

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1444 die nono mensis Ianuarij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Mauro Vidonich & Vito matronich testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Copia Cuiusdam litere Serenissimi & excellentissimi principis ac domini domini Sigismundi dei gratia Romanorum imperatoris ac Vngarie Boemie Dalmacie croatieque &c regis scripta per me Antonium notarium anno domini 1443 die secundo mensis Marcij de Mandato Nobilium virorum domini Ambrosij cresolich & domini Tonse quondam Ser Nicole honorabilium Iudicum dicte terre Fluminis Sci Viti praesentibus testibus Iudice Mauro Vidonich & Vito matronich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis

Sigismundus dei gratia Romanorum imperator semper augustus ac Vngarie Boemie Dalmatie Croatieque &c Rex fidelibus nostris Spectabilibus & Magnificis Iohanni & Stephano Vegle Segne Modrusse Comitibus dictorumque regnorum nostrorum Dalmatie & Croatie banis necnon omnibus fratribus eorumdem similiter comitibus Vegle eorumque vicegerentibus & officialibus praesentium noticiam habituris saluem & gratiam. Veniens nostre maiestatis in praesentiam fidelis noster Antonius de Pensauro ciuis & mercator Ciuitatis vestre Segnensis nobis exposuit conquerendo Quomodo ipse alias quondam Antonio popoleschis de Florentia mercatori in ciuitate nostra budens residenti certam & non modicam quantitatem olei ac ficuum ad valorem octingentorum florenorum auri se extendentem in credenciam tradidisset & assignasset de qua quidem summa forenorum Idem quondam Antonius popoleschis uita sibi comite ipsi Antonio exponenti nulla satisfactionem impendere curauisset. Iamque mortuo dicto quondam Antonio popoleschis uniuerse res & bona atque mercancie eiusdem hincinde taliter fuissent & essent dissipate seu ad manus alienas & forsan sociorum & commercatorum seu magistrorum suorum deuenissent quod q (?) ipse Antonius de pensauro de huiusmodi suis rebus nihil penitus potuisset rehabere Supplicans his expositis praefatus exponens Maiestati nostre vt sibi superinde de remedio dignaremur prouidere opportuno vnde quia dictus Antonius exponens certis & euidentibus documentis id coram nobis comprobauit quod praelibatus quondam Antonius popoleschis sibi in praescriptis octingentis florenis auri debitorio extitit obligatus Ideo Nos eundem exponentem in praemissis damnum pati nolentes Fidelitati vestre firmo nostro sub edicto praecipimus et man-

damus quatenus dum & quandocunque memoratus Antonius exponens aliquem seu aliquid ex socijs et commercatoribus seu magistris annotati quondam Antonij popoleschis aut alios quoscunque mercatores florentinos seu eorundem mercancias resque & bona quecunque in vestris terris tenutis ciuitatibus opidis & villis aut aliorum quorumcunque sub vestris honoribus existentium poterit reperire vosque seu alter vestrum harum serie per eum fueritis requisiti aut requisitus ex tunc vlteriori nostro mandato superinde nullatenus expectato huius modi mercatores florentinos cunctasque eorum mercancias ac res et bona arestare ac super praemissis octingentis florenis auri dicti exponentis expensis per eum pro rehabitione talismodi pecuniarum suarum factis de eisdem mercancijs ac rebus & bonis eidem Antonio exponenti plenam & omnimodam satisfactionem impendere & exhibere modis omnibus debeatis auctoritate nostre maiestatis praesentibus vobis in hac parte attributa mediante Secus facere non ausuri. Praesentibus praelectis exibendi restituitis. Datum In Tata in festo conceptionis beate Marie Virginis gloriose Anno domini Millesimo quadrigentessimo tricessimo quinto Regnorum nostrorum anno Hungarie et cet quadragessimo nono Romanorum vigessimo sexto Boemie sexdecimo imperij uero tercio.

Pro Iohanne filio domini vicarij contra Iudicem Tonsam

Die XVI mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich[c] Petromarino de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Tonsa quondam Ser Nicole sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iohanni filio generosi militis domini Nicolai de barni ducatos tresdecim cum dimidio boni auri & iusti ponderis & hoc pro oleo habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sancti Georgij proxime futurum siue tantum ferrum pro precio quo valebit in prompta pecunia quantum ascendat ad suprascriptam pecunie quantitatem

sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

ACCORDATIO MARCI FILIJ GOLACIJ

Die XXIIII mensis Marcij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Martino terçich georgio glauinich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Sebastianus golaç sponte dedit locauit & affictauit Marcum filium suum praesentem & consentientem hinc usque ad septem annos proxime futuros Magistro Blasio carpentario habitatori terre Fluminis praedicte his pactis & condicionibus videlicet quod dictus Marcus teneatur & debeat bene & diligenter seruire & obedire praefato Blasio dictis septem annis & praefatus Blasius dare debeat dicto Marco dictis septem annis uitum uestitum & calceatum competente & ipsum docere artem suam. Et in capite septem annorum vnum caput de quolibet genere Instrumentorum artis sue carpentarie Promittentes una pars alteri uicissim omnia & singula suprascripta attendere & obseruare sub pena librarum quinquaginta paruorum cuius pene medietas deueniat Comuni terre Fluminis & altera parti obedienti stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa.

Intendit probare & fidem facere praefatus dominus Georgius chersaner qualiter Iohannes dictus Çamin Eberstaner de pissino non habebat aliquem sibi magis propinquum in affinitate & parentela quam Iohannem chersaner patrem praefati domini Georgij Et hoc per Albertum eberstaner de lupoglaua.

TESTIFICATIO IN FAVOREM GEORGIJ CHERSANER

Die XXV mensis Marcij In terra fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti Ad Instantiam & requisitionem praefati Nobilis viri georgij Chersaner Nobilis vir dominus Ambrosius quondam Ser Marci ad praesens Iudex praedicte terre Fluminis & Iudex damianus quondam Matei consiliarius uenire fecerunt coram se Albertum eberstaner

de lupoglaua & dato per suprascriptos Iudices eidem Alberto sacramento de veritate dicenda manibus tactis scripturis remotis omnibus iuramento obstantibus et Interrogatus a suprascripto Iudice Ambrosio quid scit de affinitate siue parentela que erat Inter Iohannem dictum Çani et Iohannem Chersaner olim patrem praefati georgij eberstaner de pissino prout in suprascripta Intentione continetur dixit & testificatus fuit per sacramentum quod fecerat quod scit bene qualiter praelibatus Iohannes eberstaner non habebat aliquem sibi magis propinquum in affinitate & parentela quam praefatum Iohannem chersaner Interrogatus quomodo hoc scit respondit quod hoc audiuit ab ipsis multotiens et etiam a Michsa eberstaner olim capitaneo pissini cum quo moram contrasit Super generalibus recte respondit

Pro Iacobo rattich contra Iudicem Nicolaum

Die XXVI mensis Marcij In Statione infrascripti Iudicis Nicolai praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Damiano quondam Matei Grisano quondam Iudicis Martini de pago testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus micolich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iacobo rattich de Cuceuia praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum et triginta duos boni auri et iusti ponderis Et hoc pro plegiaria siue fideiussione pro Valentino Iurlinouich & Quirino spinçich Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori uel Iudici Ambrosio de bucharo usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta *)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1443 die XX.o mensis Maij praesentibus presbytero Gaspare Vito matronich & Paulo barbitonsore praeceperunt mihi notario infrascripto quatenus praesens Instrumentum debiti eo quod coram eis creditor fuit contentus sibi integre satisfactum Ego Antonius cancellaui.

Pro Vito Magrulino

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique Iudex Nicolaus micolich Valentinus Iurlinouich & Quirinus spinçich per se suosque heredes promiserunt & obligarunt se ad dandum & soluendum Michlauo de cuçeuia vice ac nomine Viti Magurlini de Cuçeuia ducatos centum & quadragintatres boni auri & iusti ponderis & libras quatuor paruorum Et hoc pro castratis quos habuerunt praefati Valentinus & Quirinus a praefato Vito & soluere debent dictam pecunie quantitatem praedicto Vito siue Iudici Ambrosio de bucharo usque ad festum Sci georgij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

Pro Iudice Nicolao contra Valentinum & Quirinum spinçich

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique valentinus Iurlinouich & Quirinus spincich de Castua per se suosque heredes & successores obligantes se & omnia sua bona promiserunt Iudici Nicolao micolich stipullanti pro se suisque heredibus & successoribus ipsum seruare indemnem ab omni damno solutione expensis & interesse quas pati posset quomodocunque occasione plegiarie siue fideiussionis pro ipsis facta Iacobo rattich de Cuceiua de ducatis centum & triginta duobus auri & de promissione solutionis facta Vito Magrulino de Cuceuia de ducatis centum & quadraginta tribus auri & libris quatuor paruorum

Pro Marco stefançich contra Grisanum labutich

Die XXVI mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Cosma radolich Ve-

*) Cancellato, con in margine la nota: „Ambo Iudices praeceperunt michi quatenus cancelare deberem praesens Instrumentum debiti eo quod coram eis creditori fuit satisfactum Et hoc mihi preceperunt praesentibus presbytero Gaspare Vito matronich & Paulo Vidotich barbitonsore 1443 die XX.o Maij" — Nell'altro margine: „Ego Antonius cancelarius cancelaui de Mandato dominorum iudicum ut scripsi in margine."

neciano de Cregnino testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Grisanus labutich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Marco stefancich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos duos cum dimidio Et hoc pro aliquibus possessionibus habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad terciumdecimum diem mensis Nouembris de Anno domini MCCCCXXXXIV.to sub pena quarti Qua pena etc Et ad maiorem cautelam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit domum suam positam in dicta terra Fluminis iuxta laurentium labutich & alios eius confines

Pro Martino bechario contra Bertossam

Die XXVIIII mensis Marcij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice damiano quondam Matei Gaspare Antonij de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Bertossa cerdo de Flanona sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Martino macellatori habitatori terre Fluminis praesenti stipullanti & respodenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum & decemnouem paruorum & hoc pro pellibus et çuecha cum calcinario quae fuerunt dranchi cerdonis habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & sigula suprascripta.

Pro Iudice Iurcho contra Matiasium

Die quinto mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito rosso Iu-

dice Damiano quondam Matei Martino Çouanich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Iurcho de dreuenico affictauit Matiasio de Iapre ibidem praesenti vnam suam domum positam in dicta terra Fluminis superius & inferius iuxta quam est puteus pro vno anno proxime futuro qui annus incepit die primo mensis suprascripti Hac condicione quod dictus Matiasius soluere teneatur praefato locatori libras sexaginta paruorum nomine affictu et dictus locator possit & valeat sine contradictione praedicti Matiasij in dicta domo tenere inferius totum vinum quod habebit de suis vineis positis in districtu Fluminis.

Pro Mateo tinctore de Venetijs

Die XVII mensis Aprilis In Statione mei notarij infrascripti praesentibus georgio glauinich Cusma mulsetich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon tinctor quondam Petri de Iadra fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Magistro Mateo Iohannis tinctori habitatori Venetiarum iuxta pontem naualis ducatos vndecim boni auri & iusti ponderis & solidos triginta octo paruorum Et hoc pro gado habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum ascensionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Procura in Iudicem rossum

Die XXV mensis Aprilis Segne ante portam piscarie praesentibus Martino grubich Mochoro cergnaueçich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Paulus quondam Iohannis de busana omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Iudicem Vitum quondam Matchi praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a Simone

pilar habitatore terre Fluminis omnem & singulam pecunie quantitatem quam ipse constituens quomodocunque ab ipso habere deberet & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatis necessarijs faciendum & ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c.

Testificatio in fauorem Iudicis Matei donadouich

Die XXVII mensis Aprilis In Statione Tomasini Coram Nobilibus viris domino Ambrosio cresolich domino Tonsa quondam Ser Nicole honorabilibus Iudicibus dicte terre Fluminis ac Iudice Stefano rusouich constitutus Ser Nicolaus scabich testis productus per Iudicem Mateum donadouich super eo quod cum Iudex Bartolus erat debitor patris sui Iuratus & amonitus per suprascriptos Iudices dixit & testificatus fuit qualiter Mater praefati Iudicis Matei rogauit ipsum dum Iudex Bartolus iaceret infirmus quod accederet ad eum cum presbytero Iohanne micolich & diceret ipsi quod recorderetur qualiter estitit debitor Iudicis donati Qui accessit ad ipsum Iudicem Bartolum cum suprascripto presbytero Iohanni & interrogauerunt eum an esset debitor nomine quo supra qui post spacium temporis respondit ego ipsis teneor ipse fecit michi magnum bonum sed quicquid teneor reperietur in scriptis

Procura in Iudicem Mateum

Die quinto mensis Maij In domo habitationis Iudicis Ambrosij In terra Fluminis Sci Viti praesentibus Rafaele Francisci de Fossambruno Prodano de pago Mateo oslich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Honesta domina Malgarita uxor quondam Iudicis Pauli cresolich de dicta terra Fluminis tanquam heres mariti sui omni via modo iure & forma

quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Prouidum virum Iudicem Mateum quondam Ser donati praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a Laurentio sarraceno & quacunque alia persona pensauri omnem & singulam pecunie quantitatem res et quecunque alia que quomodocunque praefato olim Iudici Paulo dare tenebantur quacunque ex causa & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum stolemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia &c Dans &c Promittens &c

Accordatio famuli cum Magistro Antonio

Die sexto mensis Maij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Nicolao micolich Ser Castelino de pensauro ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Gregorius quondam Gerdachi de Crisauaç non vi non metu sed sua spontanea uoluntate se concordauit & obligauit ad standum cum Magistro Antonio lapicida et muratore de Niuelaria pro quatuor annis proxime futuris his pactis & condicionibus quod dictus gregorius teneatur & debeat praefato Magistro Antonio bene & diligenter seruire ac fideliter et ipsi tanquam domino & magistro suo obedire praedictis quatuor annis Et praefatus Magister Antonius teneatur & debeat dare praedicto gregorio vitum & soluere libras centum & viginti paruorum in fine termini & ipsum docere artem suam Promittens vna pars alteri vicissim solemni stipullatione omnia & singula suprascripta attendere & obseruare sub pena librarum quinquaginta paruorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Ser Castelino contra Nicolaum Rayntalar & Martinum çaninich

Die septimo mensis Maij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Nicolao micolich Iudice Tonsa quondam Ser Nicole testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nicolaus Rayntalar & Martinus çaninich fuerunt contenti & confessi se recepisse A Ser Castelino Iohannis de pensauro Integram solutionem affictus domus eorum uxorum computatis denarijs datis & expensis in domo factis pro octo annis iam proxime elapsis exceptis ducatis quatuor & solidis quinquaginta quos dictus Ser Castelinus retinuit pro coperiendo dictam domum.

Pro Bartolomeo de Firmo contra Iudicem Nicolaum

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Tonsa quondam Ser Nicole ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus micolich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Bartolomeo Matiucij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos nonaginta Boni auri & iusti ponderis Et hoc pro duobus milliarijs olei que Ser Castelinus habuit a dicto Bartolomeo in ratione ducatorum quadraginta quinque auri pro singulo miliario Pro quo Ser Castelino praefatus Iudex Nicolaus tanquam plegius & fideiussor se obligauit ut supra Quam quidem pecunie quantitatem dictus Iudex Nicolaus praefato Bartolomeo dare & soluere promisit usque ad quintadecimam diem mensis Nouembris proxime futuri sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1441 die ultimo mensis Aprilis Cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Tonsa quondam Ser Nicole testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Pro Iudice Nicolao contra Ser Castelinum & eius vxorem

Die septimo mensis Maij In Curia domus habitationis infrascripti Ser Castelini praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Tonsa quondam Ser Nicole ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Castelinus Iohannis de Pensauro & domina Dobriça eius uxor simul & insolidum sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos nonaginta Boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta pro dicto Ser Castelino Bartolomeo Matiucij de Firmo Promittentes dicti jugales simul & quilibet eorum in solidum ipsum seruare indemnem ab omnibus expensis damnis & interesse que ipsi creditori sequerentur pro dicta plegiaria seu fideiussione facta Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis dicti jugales simul & in solidum obligarunt omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Bartolomeo Matiucij contra Iudicem Maurum

Die octauo mensis Maij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice damiano quondam Matei Quirino glauinich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Maurus Vidonich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus se iuste teneri & dare debere Bartolomeo Matiucij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos vigintiduos cum dimidio Boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria siue fideiussione facta dicto Bartolomeo pro Iudice Tonsa quondam Ser Nicole pro çabris quinque olei quos dictus Iudex Tonsa habuit a praefato Bartolomeo Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit prae-

dictus Iudex Maurus praefato Bartolomeo usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

PROTESTUS VALENTINI

Die nono mensis Maij ante portam terre Fluminis Sci Viti a mari praesentibus Iudice Nicolao micolich Simone oslich Teodoro quondam dominici testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro Iudice Stefano rusouich honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Valentinus Iurlinouich asserens & dicens qualiter habet magistros & famulos paratos qui debent edificare sibi domum & dominus frater Albertus prior monasterij Sci Augustini fecit interdicere quod non debeat edificare Quod sibi reuertitur in magnum damnum & interesse Quapropter protextatus fuit omnibus illis iuris remedijs quibus magis & melius potuit aduersus praefatum dominum priorem ibidem praesentem pro suis damno & interesse ducatos quatuor auri singula die & expensas secutas & secuturas.

PRO ANTONIO SER SANTIS DE PENSAURO CONTRA VITUM MATRONICH

Die XIII mensis Maij In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Bartolomeo Matiucij de Firmo Georgio bucij de Ortona testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus Matronich cum obligatione omnium suorum bonorum per se suosque heredes & successores promisit & se obligauit dare & consignare Antonio Ser Santis pauli paterno de pensauro praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus in dicta terra Fluminis ba-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1458 die nono mensis Marcij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Martino aurifice quondam Dominici Simone pilar testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

rilas quatuor clauorum a vigintiquinque capacitatis duodecim miliariorum pro singula barila & barilas quinque a quaterno a barca capacitatis miliariorum nouem pro singula barila Quas quidem barilas nouem dictus Vitus praefato Antonio dare & consignare promisit in dicta terra Fluminis usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti valoris dictarum barilarum Qui quidem Vitus fuit contentus & confessus sibi integre solutum ac satisfactum fuisse integre a praefato Antonio pro suprascriptis nouem barilis clauorum dandis & consignandis in suprascripto termino *)

Procura Iudicis Cosme in Filacanouam

Die XXo mensis Maij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Iohanne belsterfar aurifice ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Cosma radolich de dicta terra Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis et melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit georgium Martini Filacanouam habitatorem Venetiarum absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum ab Ambrosio quondam Crestoli de laurana habitatore Venetiarum ducatos tres auri Et de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c.

---

*) Cancellato. con in margine la nota: „1443 die XVI.to mensis Iulij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Ser Castelino Iohannis de pensauro & Petro Marino Rimidij de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis“

PROVOCATIO IOHANNIS CHERGNEL

Die XXo mensis Maij In publica platea terre Fluminis Sci Viti Praesentibus testibus Vito matronich & Paulo Vidotich Ibique Iohannes chergnel de Foroiullij considerans quod Spectabilis vir dominus Iacobus Raunacher capitaneus coram quo litigare debebat pro equo quodam quem georgius crouaç de labaco dicit sibi furatum fuisse non est in dicta terra Fluminis se prouocauit ad generosum millitem dominum Iohannem Reyhenburger Duini et Crassie capitaneum deditque fideiussorem pro eo Iudicem Damianum & Iohannem barlech

PROTEXTUS GEORGIJ DE DROGOMOIE

Vltrascriptis die ac loco Coram domino Stefano rusouich honorabili Iudice dicte terre Fluminis Georgius crouaç de drogomie Comparuit asserens et dicens qualiter fuit sibi constitutus terminus usque ad hunc diem per dominum Capitaneum & consilium contra Iohannem chergnel pro quodam equo sibi furato quem equum dictus Iohannes vendidit Iohanni barlech Nunc autem ipse portauit literas qualiter prelibatus equus furatus est & erat ipsius georgij & tamen nullam habere potuit justiciam eo quod dictus Iohannes chergnel se ad dominum Iohannem de Duino prouocauit Idcirco praefatus georgius considerans quod iam bis uenit ad dictam terram Fluminis cum magno interesse & expensis Idcirco ipse georgius protextatus fuit contra ipsum Iohannem ibidem praesentem siue eius fideiussores omne & singulum damnum expensas & interesse secutas & secuturas

PROCURA IOHANNIS CHERGNEL

Vltrascriptis die loco praesentibus Vito matronich luca cauretich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes chergnel habitator Ciuidali omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Iudicem Damianum quondam Matei praesentem & infrascriptum mandatum suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem facto-

rem & certum nuncium praesertim in lite et controuersia quam habet siue habiturus est cum quacunque persona occasione vnius equi venditi Iohanni Barlech coram quocunque Iudice ad agendum petendum allegandum respondendum terminos & dillationes petendum testes scripturas & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

Pro Iudice Vidacio contra Vitum sarctorem

Die XXXo mensis Maij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito Mateieuich Georgio crastich Toma de Castua testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus sarctor quondam georgij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Vito çouanich praesenti stipulanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras quadraginta septem & solidos sex paruorum Et hoc pro vino habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautelam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit domum suam in qua habitat.

Pro Magnifico domino nostro de Valse

Die XIIo mensis Iunij In Terra Fluminis Sci Viti in Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Ançelino bonfiolo de Florentia Antonio Ser Santis de pensauro Petromarino quondam Rimidij de Firmo Benedicto Ser Çoni de Pensauro Antonio nicolai de montealbodio Bartolomeo Matiucij de Firmo testibus ad haec uocatis specialiter & rogatis ac alijs Ibique Coram Spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher Capitaneo Iudicibus & consilio terre Fluminis praedicte Comparuit Iudex Vitus Çouanich de dicta terra Fluminis asserens & dicens qualiter Quirinus eius fi-

lius sine eius scientia consensu & voluntate dedit ac tribuit Nobili Viro Gaspari quondam Peterlini de Castronouo quemdam cirographum siue scripturam cum bulla seu sigillo pendente per quem uel per quam constat qualiter Bone ac pie memorie Magnificus ac Potens dominus Vgo de diuino dare & soluere tenebatur & debebat ducatos ducentos auri quondam Quirino de dicta terra Fluminis tunc daciario in dicta terra & patruo praefati Iudicis Viti cuius quidem quirini Iudex Vitus fuit & est legitimus heres Idcirco praefatus Iudex Vitus tanquam ille ad quem dictus cirographus siue scriptura cum bulla siue sigillo ipsius domini pendente pertinet vult ac mandat quod dictus cirographus siue scriptura sit cassus & vanus siue cassa & vana et pro inefficaci ac cancelato siue cancelata habeatur & reputetur et nullius sit valoris ita & taliter quod nulla persona cuiuscunque condicionis existat cum suprascripto cirographo seu scriptura quovis nomine siue modo uel uia possit nec valeat dictos ducatos ducentos petere nec exigere ab aliqua persona

Procura Iudicis Vidacij

Vltrascriptis die loco ac testibus praefatus Iudex Vitus çouanich omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Spectabilem virum dominum Iacobum Raunacher praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad comparendum coram Magnifico ac potenti domino Ramperto de Valse ad petendum & impetrandum a praefato domino omnem & singulam graciam ac debitum

Pro Francisco et lemo de Ortona contra Iudicem Mateum

Die XVIIII mensis Iunij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich de Flumine Antonio Ser Santis de pensauro Bartolomeo Matiucij de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati per se suosque heredes & suc-

cessores fuit contentus & confessus se habuisse ac manualiter recepisse A Francisco çichareli et Lemo nani ambobus de Ortona ducatos octuaginta auri et vegetes tresdecim olei in ratione ducatorum quadraginta vnius auri pro singulo miliario et barilas decem & septem Salnitri in ratione ducatorum triginta pro singulo miliario Pro quibus quidem ducatis octoaginta auri & viginti ducatis etiam auri quos praefati Franciscus & lemus dare promiserunt praefato Iudici Mateo super nundinis sce Malgarite proxime futuris Et pro dictis tresdecim vegetibus olei praefatus Iudex Mateus dare & consignare promisit praedictis creditoribus tantum ferrum quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem denariorum & olei in ratione ducatorum quatuordecim cum dimidio pro singulo miliario computatis tamen in hac summa barilis clauorom a quaterno a barcha quas praefatus debitor dictis creditoribus dare tenetur Quas barilas clauorum & ferrum praefatus debitor dictis creditoribus dare & consignare tenetur in dicta terra Fluminis per terminos infrascriptos videlicet dictas barilas octo clauorum & miliaria vigintiquinque ferri boni & mercimonialis usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum hoc addito quod si dictus debitor haberet ferrum vltra suprascripta quantitatem viginti quinque miliariorum dare debeat & teneatur praefatis creditoribus miliaria triginta ferri Et residuum per totum mensem septembris proxime futurum Et pro dictis decem & septem barilis salnitri dictus debitor praedictis creditoribus dare & consignare tenetur in dicta terra Fluminis pelles magnas siue coria in ratione ducatorum quinque cum tribus quartis pro singula balla que balla esse debet ponderis libras centum & triginta quinque et vltra hoc praefatus debitor ipsis creditoribus donare debet libras centum coriorum per totum mensem septembris proxime futurum Sub pena ducatorum centum auri cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1444 o die XXX mensis Iulij Cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti & pactorum de voluntate Francisci çichareli creditoris eo quod dixit sibi integre satisfactum

Pro Petro traonath contra Martinaç

Die XXV mensis Iunij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus domino Fratre Alberto priore Monasterij Sci Augustini Valentino Iurlinouich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus quondam Çanini sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Petro traonath praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos viginti tres boni auri & iusti ponderis nomine mutui quos quidem ducatos praefatus debitor praedicto creditori dare & soluere promisit usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum Sub pena quarti Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit omnia sua bona immobilia.

Procura presbyteri Nicolai de bucharo

Die XXVIII mensis Iunij In domo habitationis infrascripte Ielene In Terra Fluminis Sci Viti praesentibus presbytero Vito scolich Paulo Vidotich barbitonsore Ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique presbyter Nicolaus quondam georgij piliparij de bucharo omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Ielenam suselichieuam praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suam ueram & legitimam procuratricem actricem factricem & certam nunciam specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti tam denarios quam alias res quacunque ex causa in toto Comitati Pissini Piuenti & per totam Ystriam et de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit co-

---

Praesentibus Nucio quondam Antonij tonti de ortona Martino aurifice et georgio quondam Stefani ambobus habitatoribus terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi"

ram quocunque rectore ac Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

Pro Iudice Iurcho contra Teodorum

Die XXVIII mensis Iunij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Martino quondam Çanini Iohanne barlech testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Teodorus quondam dominici sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Iurcho de dreuenico praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras nonaginta duas paruorum Et hoc pro vino habito a dicto creditore quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad XXIII diem mensis Augusti proxime futuri sub pena quarti Et ad maiorem cautelam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit Pastinum suum in Coxala & vineam suam in draga.*)

Pro Iudice Iurcho de dreuenico contra Martinaç

Die VI.to mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Vito Mateieuich Martino çatanni testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus quondam Çanini sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Iur-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1450 die primo mensis octobris cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Vito sarctore quondam georgij Paulo Vidotich testibus ad haec uocatis & rogatis - Ego Antonius cancellarius scripsi“

cho de dreuenico praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras quinquaginta paruorum nomine mutui quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti Ed ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit domum suam in qua habitat.

Pro Iudice Nicolao & Adam contra Prasno Vrechie

Die 15 mensis Iulij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Luciano Ançe cramaro Petro Fainar Antonio Tome omnibus de lach testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Michael Prasno Vrechie de lach per se suosque heredes & successores promisit & se obligauit dare & soluere Iudici Nicolao micolich & Ade Antonij de Firmo praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta octo boni auri & iusti ponderis Pro Iacobo Arar de lach quos quidem ducatos triginta octo auri praefatus Iacobus arar dare debebat dictis creditoribus Quos ducatos dare & soluere promisit praefatus Michael dictis creditoribus usque ad festum Sci Michaelis proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pars quod aliquid non vendatur in credenciam famulis et ancillis

Vltrascriptis die ac loco Spectabilis ac generosus Vir dominus Iacobus Raunacher capitaneus Iudices & consiliarij terre Fluminis Sci Viti omnes vnanimes & concordes nemine discrepante considerantes quod multi famuli & ancille deuiant & recedunt a suis patronis &

*) Cancellato, con in margine la nota: „1443 die octauo mensis Iulij Cancelaui praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Bartolomeo Matiucij & Grisano de pago testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi.“

volentes in quantum possunt obuiare pro vtilitate & bono statu dicte terre Fluminis statuerunt & ordinauerunt quod nulla persona cuiusuis condicionis existat audeat uel presumat vendere in credenciam alicui famulo vinum panem siue aliquam aliam rem ad comedendum sine licentia patroni sub pena perdendi totum illud quod vendant & sub pena restituendi pignus uel pignera si que haberent absque aliqua solutione nec aliqua persona audeat emere ab aliquo famulo uel ancilla res patroni sub pena perdendi denarios siue illud quod daret pro ipsis rebus emptis nec possit aliquis famulus coram iudicio pro hoc conueniri Item quod aliqua persona non audeat aliquam rem uel mercanciam vendere in credenciam alicui famulo sine licencia patroni si quis autem contrafaceret non possit ipse conueniri donec stabit cum illo patrono & eodem modo intelligatur de ancillis Quod statutum voluerunt inuiolabiliter obseruari in perpetuum Quod fuit proclamatum in locis consuetis per preconem comunis

Procura Ser Cresuli de Arbo in Iudicem georgium de Scrissa

Die XVI mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Rafaele de Fossambruno Ser Castelino de pensauro ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis vir Ser Cresolus de Dominis de Arbo omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit prouidum virum Iudicem georgium mirchouich de Scrissa absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A Martino filio cossani de districtu arbi & quacunque alia persona sibi dare debenti omnem & singulam pecunie quantitatem quam ipsi constituenti dare tenerentur quacunque ex causa Et de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum ter-

minos & dillationes dandum & petendum testes & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

Pro Iudice Nicolao & Adam contra Mateum bobnar

Die XVII mensis Iulij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iacobo cerdone Suetina çupanich Georgio petriçich omnibus habitatoribus terre Fluminis praedicte testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Mateus bobnar mercarius de labaco promisit & obligauit dare & consignare Iudici Nicolao micolich et Ade Antonij de Firmo in dicta terra Fluminis sarcinas decem ferri boni & bullati usque ad decem dies proxime futuros in ratione ducatorum quatuordecim auri pro singulo milliari & dictus Mateus promisit & se obligauit accipere ab ipsis usque ad festum Sci Martini proxime futurum sarcinas sex olei in ratione ducatorum quadraginta trium auri pro singulo milliari & dare ipsis ferrum pro precio ducatorum quatuordecim pro singulo milliari Qui Mateus fuit contentus habuisse ac recepisse a supradictis ducatos quinquaginta auri

Pro Bartolomeo de Firmo contra Iudicem Mateum & Nucium

Die XVIIII mensis Iulij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Castelinus Antonij de pensauro Francisco çichareli de Ortona Georgio Iudicis Stefani de dicta terra Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati de Flumine & Nucius Antonij de tonto de Ortona per se & suos heredes fuerunt contenti & confessi se habuisse ac recepisse a Bartolomeo Matiucij de Firmo Milliaria viginti duo ferri expediti in ratione ducatorum sexdecim auri pro singulo milliario super Splagia Fluminis in littore maris cuius quidem quantitatis ferri decem & octo milliaria onerata fuerunt in charachia dicti Nucij Et pro qua quidem ferri quantitate dicti Iudex Mateus & nucius dare & consignare promiserunt praefato Bartolomeo pro se suisque heredibus stipullanti super Splagia ortone in littore maris tantam quantitatem olei expe-

diti in ratione ducatorum trigintatrium auri pro singulo milliario quantam ascendat ad suprascriptam quantitatem valoris suprascriptorum viginti duo milliariorum ferri Hac condicione quod dictus Nucius teneatur & debeat fieri facere dicto Bartolomeo saluumconductum contra fustas Serenissimi domini Regis Aragonum pro suprascripta quantitate olei Promittens vna pars alteri adinuicem solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus omnia & singula suprascripta obseruare attendere & adimplere sub pena dupli & refectione damnorum & expensarum ac interesse litis & extra cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena &c

Procura in personam presbyteri Marci Radolich

Die nono mensis septembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Simone oslich Iohanne dicto Iagnaç testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes quondam Grisani tomasolich omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit dominum presbyterum Marcum radolich praesentem et acceptantem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem in omnibus suis placitis litibus & quaestionibus quas habet siue habiturus est cum quacunque persona tam ecclesiastica quam saeculari et ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti tam denarios quam alias res & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes &c Et generaliter &c dans &c promittens &c

Testificatio in fauorem Iudicis Nicolai

Die XVII mensis septembris In Statione mei notarij infrascripti Coram venerabili viro domino presbytero Mateo Arcidiacono & plebano Iudice Stefano ruseuich Iudice

Ambrosio quondam Ser Marci Iudice Mauro Vidonich Iudice damiano quondam Matei Iudice Mateo quondam Ser donati Constituti personaliter Magister Antonius lapicida quondam Magistri benedicti de Venetijs & Magister Antonius lapicida de Rubino & Interrogati per suprascriptos dominos Iudices & consiliarios ac examinati super differentia quae vertitur inter Iudicem Nicolaum micolich & magistrum Martinum lapicidam occasione lapidum incisorum per ipsum pro tabernaculo corporis Christi dixerunt & testificati fuerunt qualiter omnes lapides incissi per dictum Magistrum Martinum nullius sunt valoris pro dicto tabernaculo & quod nulla via mundi apte nec bene possunt poni in opere dicti tabernaculi & quod omnes lapides quo ad dictum opus prorsus sint destructi

Pro Iudice Iurcho contra Vitum Matronich

Die XXVIII mensis septembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Martino terçich Martino quondam Çanini ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus Matronich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici georgio quondam Iudicis Stefani de dreuenico praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras ducentas & uiginti octo paruorum nomine mutui quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti Et ad maiorem cautelam ipsius creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit suum ortum positum in luche cum omnibus iuribus & pertinentijs suis quos quidem denarios dictus debitor confessus fuit habuisse mutuo a praefato creditore de anno domini MCCCCXXXVIII° Conuenitque dictus Vitus per pactum speciale & expressum quod dictum ortum non uult posse vendere nec aliquo alio modo allienare alicui persone nisi praefato Iudici georgio pro illo precio tamen quod ab aliqua alia persona habere posset debet praedictus Iudex

georgius ab ipso Vito emere siue redimere si ipso voluerit aliter non. *)

Pro Ser Ançelino bonfiolo

Die quarto mensis octobris In Terra Fluminis Sci Viti In publica platea praesentibus Iudice Nicolao micolich Iohanne tamburlano de Ancona Vito Mateieuich de Flumine testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo coram testibus suprascriptis & me notario infrascripto dixit & asseruit qualiter de mense Iulij proxime praeteriti Dum Petrus Marinus quondam Rimidij de Firmo vellet a dicta terra Fluminis recedere et accedere ad partes Marchie dictus Petrus marinus vocauit praefatum Bartolomeum ipsique dixit Ego volo quod denarij omnes de retractu rerum apotece et debitorum meorum siue quoruncunque denariorum meorum qui prius rethrahentur de quauis re mea per Antonium de Monte Albodio dentur Iudici Mauro usque ad quantitatem ducatorum triginta auri Sicque rogo te quod mei ex parte dicas Antonio quod faciat sic procul dubio dictoque Iudici Mauro det suprascriptos denarios Et hoc Petrus marinus praelibatus dixit coram ipso Iudice Mauro Qui Iudex Maurus confessus fuit habuisse a Ser Ançelino nomine Antonij suprascripti ducatos vigintitres auri de dictis ducatis triginta.

Pro Michaele prasno Vrechie

Die octauo mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Bartolomeo Matiucij de Firmo Grisano quondam Martini de pago ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus micolich de Flumine & Adam

*) Cancellato con in margine la nota: „1447 die XXIIII mensis nouembris cancelatum fuit praesens Instrumentnm de voluntate Iudicis Iurchi creditoris praesentibus Bortolo melcherich Iohanne coxarich Martino bechario testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Antonij de Firmo per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se habuisse ac recepisse A Michaele prasno vrechie de lach praesente & numerante ducatos triginta octo boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam promissione dictis creditoribus facta pro Iacobo arar de lach pro dictis triginta octo ducatis dictis creditoribus dandis ad festum Sci Michaelis proxime praeteritum sub pena quarti uti constat Instrumento scripto manu mei notarij infrascripti die XVo mensis Iulij de anno praesenti Facientes dicti creditores per se suosque heredes praefato Michaeli stipullanti nomine ac uice praelibati Iacobi arar finem remissionem & pactum de vlterius non petendo dictos triginta octo ducatos auri sub pena dupli cum obligatione omnium suorum bonorum Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Matcho Vidaç contra uxorem Iudicis Damiani

Die nono mensis octobris In terra Fluminis Sci Viti In domo Iudicis Damiani quondam Matei de Iadra Praesentibus Ser Rafaele Francisci de Fossambruno Iurlino de Alemania hospite ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique domina Lepiça uxor suprascripti Iudicis damiani sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contenta & confessa se iuste teneri & dare debere Matcho Vidaç de labaco praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta quinque cum dimidio boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta pro dicto Iudice Damiano eius marito pro ferro quod habuit a suprascripto creditore dictus Iudex Damianus Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dicta debitrix praefato creditori usque ad festum purificationis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti Et ad maiorem cautellam praefati creditoris eidem obligauit & pro speciali pignere designauit ortum suum magnum positum in luchi

PROCURA MATEI TINCTORIS IN MARTINUM AURIFICEM

Die nono mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Nicolao Rayntalar Valentino Iurlinouich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Mateus tinctor quondam Iohannis habitator Venetiarum omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Martinum aurificem de Segna habitatorem dicte terre Fluminis absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti in dicta terra Fluminis tam denarios quam alias res & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari ad agendum petendum &c Et generaliter &c dans &c Promittens &c

PROTEXTUS BARLECH

Die Xo mensis octobris In Statione Tomasini de Vegla praesentibus Iudice Nicolao micolich praefato tomasino ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ançe barlech protestatus fuit contra & aduersus Iohannem chargnel praesentem omne damnum & interesse ipsi secutum & secuturum occassione vnius equi quem praefatus barlech emit a dicto Iohanne chergnel & post hoc repertum est dictum equum fuisse furatum

PACTA IUDICIS NICOLAI ET ELIE

Die tercio mensis nouembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Ambrosio quondam Ser Marci Iudice Mauro Vidonich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus micolich dedit & tradidit ad laborandum ad medietatem omnes suas vineas quas habet in districtu laurane Elie marito Çeçele his pactis & condicionibus quod dictus elias teneatur & debeat bene &

diligenter putare dictas vineas & bis ligoçinare usque ad Scum Vitum & ponere hoc anno foueas sexaginta alijs autem annis centum foueas pro singulo anno Et quod dictus Iudex Nicolaus omni & singulo anno teneatur concedere praefato elie libras uiginti paruorum quousque tenuerit dictas vineas & ipse elias teneatur dare dicto Iudici Nicolao vinum singulo anno pro dictis uiginti libris pro precio quo vendetur ab alijs et quod dictus Iudex Nicolaus nequeat accipere dictas vineas dicto elie quousque ipsas bene & diligenter laborauerit

Pacta Iudicis Nicolai & pauli cimal

Die nono mensis nouembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ato Ser Francisci de ato de Arimino & Bartolomeo Matiucij de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus micolich promisit & se obligauit dare & consignare Paulo cimal de Venetijs super Splagia remos mille a galea passuum sex & passuum quinque cum dimidio Hac condicione & pacto quod dictus Paulus cimal teneatur accipere dictos remos mille et etiam si plures essent usque ad Mille & quingentos pro precio infrascripto videlicet remos passuum quinque cum dimidio pro ducatis quatuordecim boni auri & iusti ponderis pro singulo centenario & remos passuum sex pro ducatis decem et octo pro singulo centenario et quod dicta quantitas remorum debeat sortiri super Splagia super qua onerabuntur et confestim facta sorte dictus Paulus cimal teneatur & debeat praedicto Iudici Nicolao soluere pro dictis remis Promittentes vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta perpetuo attendere & obseruare sub pena ducatorum quinquaginta auri Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Accordatio magistri Tome

Die XII mensis nouembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti Spectabilis & generosus vir dominus Iacobus Raunacher Capitaneus Iudices & consiliarij dicte terre Fluminis Sci Viti accordauerunt magistrum tomam quondam

Iohannis habitatorem Venetiarum Pro Ciroico his pactis & condicionibus quod ipse teneatur exercere artem suam in dicta terra Fluminis vno anno proxime futuro incepturo illa die qua dictus Magister Tomas uenerit cum familia sua ad dictam terram Fluminis ad habitandum Et quod nullus alius nisi dictus Magister tomas possit alicui vulnerato in dicta terra Fluminis neque alicui aduene qui ueniret ad medicandum se ad dictam terram Fluminis pro vulnere ac alia causa ad artem cirogie pertinente Et quod dictus Magister Tomas habere debeat libras centum pro salario dicti anni. Teneatur tamen dictus magister Tomas mederi ciuibus dicte terre Fluminis pro precio iusto ac rationabili meliorique quam alijs personis. Redijt a Venetijs die XXIIII.to mensis februarij 1444. qua die incipit salarium eius

Pacta Iudicis Vidacij et Xiuici molendinarij

Die XIII mensis nouembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Iudice Stefano blasinich Martino xatanni testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Vitus çouanich dedit & tradidit ad laborandum ad medietatem Xiuico Molendinario vnam suam vineam positam in borgud de supra Iasvin cholch his pactis & condicionibus quod dictus Xiuicus teneatur & debeat bene & diligenter putare & ligoniçare bis dictam vineam temporibus debitis secundum consuetudinem dicte terre Fluminis usque ad quatuor annos proxime futuros et in ipsam singulo anno ponere sexaginta capita vitium Et dictus Iudex Vitus teneatur praedicto xiuicho concedere libras uiginti paruorum quas tenere & usufructuare potest praedictus xiuichus quousque dictam laborabit vineam Promittentes vna pars Alteri vicissim omnia & singula suprascripta attendere & obseruare

Copia vnius Fide Magistri Laurentij de Ancona

Cum bonum sit prouidere quod loca Magnifici ac potentis domini nostri repleantur ciuibus et maxime artificibus qui maximam locis conferunt

vtilitatem & comodum Idcirco considerantes Nos Iacobus Raunacher Capitaneus Iudices et consiliarij Terre Fluminis Sci Viti quod Laurentius quondam Iohannis de Forachoço de Ancona bonus est aurifex per praesentes notum facimus qualiter praefato Laurentio dedimus & concessimus damus & concedimus fidam ac tutum & indubitatum saluumconductum quinque annis proxime futuris duraturum ita & taliter quod nullo modo dictus Laurentius ab aliqua persona possit nec valeat cogi uel costringi in dicta terra Fluminis uel eius districtu realiter neque personaliter pro aliquo debito usque ad praesentem diem facto nec pro aliqua alia pecunie quantitate quam quomodocunque actenus alicui dare aut soluere teneretur et quod dictas ob causas possit et valeat praefatus Laurentius cum omnibus & singulis bonis ac rebus suis tute libere secure stare commorari et habitare in dicta terra Fluminis & eius districtu usque ad quinque annos proxime futuros In quorum fidem & testimonium has praesentes patentes litteras fieri iussimus nostrique Sigilli Sci Viti assueti Impressione muniri. Datum In dicta terra Fluminis Sci Viti die XVII mensis Nouembris Anno MCCCCXXXXIIIo Indictione sexta

Pro Nichlino contra presbyterum Marcum

Die XVIII mensis nouembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Rafaele de Fossambruno testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique presbyter Marcus radolich per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac emisse A nicolao Rayntalar praesenti & pro se suisque heredibus stipullante vnum vas vini Rubei tenute modiorum tresdecim siue plus uel minus prout reperietur in mensura posita in canipa Magistri Iohannis aurificis in ratione solidorum nonagintasex pro singulo modio Quod vinum soluere promisit dictus presbyter Marcus praefato Nicolao usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautelam praefati Nicolai dictus presbyter Marcus eidem obligauit & pro speciali pignere designauit medietatem terrenorum cum curia posita in districtu Fluminis in loco dicto podbreg.

Pro presbytero Marco contra Alexandrum dyaconem

Die XXo mensis nouembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Quirino cigantich & Iacobo eius fratre testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Alexander diacon emit et recepit a presbytero Marco radolich medietatem vini vnius vassis quod ipse presbyter Marcus emit a Nicolao Rayntalar pro illo precio quo ipse presbyter Marcus emit Quod vinum soluere promisit dictus Alexander praefato presbytero Marco usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautelam praefati presbyteri Marci praedictus alexander eidem obligauit & pro speciali pignere designauit suam Muraleam cum omnibus pertinencijs suis.

Pars capta quod nullus possit ligare animalia In platea

Die XXVo mensis nouembris de Mandato Spectabilis ac generosi viri domini Iacobi Raunacher capitanei Iudicum & consiliariorum terre Fluminis Sci Viti Iurius preco publicus proclamauit quod nulla persona cuiuscunque condicionis existat audeat nec praesumat ligare animalia bouina in publica platea siue vijs publicis dicte terre Fluminis Sub pena solidorum quadraginta paruorum Que pars capta fuit per suprascriptos dominos Capitaneum Iudices & consiliarios dicte terre Fluminis die XXIIII.to mensis nouembris & proclamata in lobia & locis consuetis die XXVo ut supra

Pars capta quod incidantur arbores existentes in vijs publicis

Die XXVo de mandato suprascriptorum domini Capitanei Iudicum & consiliarium Iurius preco publicus in locis consuetis proclamauit quod quelibet persona cuiuscunque condicionis siue status existat habens arbores tam fructiferos quam non fructiferos siue vites plantas in stratis siue vijs publicis aut territorio comunis in dicta terra Fluminis debeat ipsas incidere siue extirpare taliter quod in futurum non appareant usque ad octo

dies proxime futuros Sub pena librarum octo et siquis dicere siue allegare vellet ipsas arbores siue vites fore plantatas super terreno suo debeat iura sua producere coram suprascriptis dominis usque ad suprascriptum terminum aliter termino elapso non audietur in iure Que pars capta fuit die XXIIII.to mensis Nouembris per suprascriptos dominum Capitaneum Iudices & consiliarios dicte terre Fluminis Sancti Viti In Statione mei notarij infrascripti.

Protestus Stefani de Marano

Die primo mensis decembris In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito matronich de Flumine Bartolomeo Antonij de Firmo Vito Mateieuich de Flumine Magistro Antonio quondam Benedicti lapicide de Verona habitatore Venetiarum testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro domino Mateo quondam Ser donati honorabili Iudice dicte terre Fluminis comparuit Ser Stefanus quondam dominici de Marano asserens & dicens qualiter Paulus Cimal de Murano nauliçauit ipsum coram testibus fidedignis quod deberet ire cum suo nauignio ad Scum Georgium territorij Magnificorum comitum Segne ad onerandum remos a galea & illic expectare sex diebus oneratiuis & deinde ire ad Portumre districtus Cregnini cum dicto Nauigio & illic onerare residuum sui Carici siue oneris quem Caricum siue onus debeat inuenire promptum & paratum ibidem taliter quod confestim posset incipere caricare Et cum sit quod non solum eius Caricum sed prorsus nullum remum ibidem venerit quod est contra Nauliçatum & promissionem sibi factam per dictum Paulum cimal quodque ipsi Stefano redundat in maximum damnum & detrimentum cum multis abinde expensis Idcirco Praefatus Stefanus omnibus & singulis illis iuris remedijs quibus magis & melius fieri potest protestatus fuit contra dictum Paulum Cimal licet absentem Ducatos centum auri Pro damno expensis & interesse ipsi Stefano ob hanc causam secutis & secuturis.

Crida in fauorem Simonis de pago

Die XIIII mensis decembris Iohannes publicus preco comunis terre Fluminis Sci Viti retulit mihi An-

tonio notario infrascripto qualiter de Mandato Nobilium virorum domini Matei calelo & domini Stefano blasinich honorabilium ad praesens Iudicum dicte terre Fluminis alta ac preconia voce clamauit qualiter Simon quondam petri de pago habitator pensauri querelam exposuit coram dominis dominis Iudicibus & consilio aduersus Iohannem rilçich pro aliquibus sibi furtiue acceptis Idcirco praefati domini Iudices & consilium dederunt & assignauerunt dicto Iohanni terminum XXIIII.or dierum proxime futurorum quorum octo pro primo et octo pro secundo et octo pro tercio & peremptorio termino assignauerunt quatenus comparere debeat personaliter coram suprascriptis dominis in iudicio ad respondendum praefato Simoni aliter elapso suprascripto termino 24.or dierum et ipso Iohanne non comparente procedent ipsi domini ad vlteriora eius contumacia non ostante. De Mandato suprascriptorum Iudicum scripsi.

Pro Valentino contra Iurlinum hospitem

Die XVIII mensis decembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito matronich Martino Xatanni ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iurlinus hospes de alemania sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & succeressores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Valentino Iurlinouich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta septem boni auri & iusti ponderis Et hoc pro vna domo vendita dicto debitori Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautelam praefati creditoris dictus debitor eidem designauit & pro speciali pignere obligauit domum quam emit ab ipso creditore

Pro Iudice Nicolao & Adam contra Gulielmum fachinum

Die XXo mensis decembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus presbytero Gaspare cresolich Iudice Da-

miano quondam Matei ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Gulielmus quondam Antonij de Pergamo habitator Albone per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus habuisse ac recepisse nomine emptionis A Iudice Nicolao micolich & Bartolomeo Antonij de Firmo ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis vnam vegetem plenam oleo capacitatis çabrorum septem cum dimidio in ratione et precio ducatorum quadraginta sex boni auri & iusti ponderis pro miliari Item dixit & confessus fuit praefatus Gulielmus coram testibus suprascriptis qualiter dare & soluere tenetur praedictis Iudici Nicolao & Bartolomeo ducatos octo auri & solidos quadraginta tres paruorum pro resto & saldo suarum rationum prius simul habitarum Qui quidem Gulielmus dare & soluere *) praefatis creditoribus dictam quantitatem peccunie & precium olei suprascripti usque ad festum purificationis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Aniça contra Petrum & Georgium fratres de Studena

Die XXII mensis decembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito matronich Martino coxarich & Iohanne eius filio testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Çupanus Petrus de Studena per se ac vice & nomine georgij fratris sui ac suos heredes fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Aniçe uxori quondam Vasme de Grobinicho praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras viginti duas paruorum Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor nomine quo supra praefate creditrici ad omnem requisitionem ipsius creditricis sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. **)

---

*) Evidentemente manca il verbo *promisit*.

**) Cancellato, con in margine la nota: „1444 die X.o mensis Ianuarij in Statione mei notarij praesentibus domino presbytero Mateo Ar-

Pro Iudice Nicolao contra Vitum Matronich

Die XXIII mensis decembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Martino quondam Çanini ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus Matronich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta unum boni auri & iusti ponderis & solidos septuaginta quinque paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta Et ad maiorem cautellam dicti creditoris praedictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit vineam suam positam in Chleriaç

Anno 1444.

Protestus capituli terre Fluminis

In Christi nomine amen Anno natiuitatis eiusdem Millesimo quadrigentessimo quadragessimo quarto Indictione septima die vigessimo septimo mensis decembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione Iudicis nicolai micolich praesentibus ipso Iudice Nicolao Iudice Tonsa quondam Ser Nicole Francisco fabro quondam Martini testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher honorabili Capitaneo dicte terre Fluminis Domino Mateo quondam Ser donati ad praesens Iudice dicte terre Fluminis Comparuerunt venerabilis vir pre-

---

cidiacono Iudice Ambrosio & Iudice Damiano testibus Nobilis vir dominus Iacobus Raunacher precepit michi quod cancelarem praesens Instrumentum debiti eo quod sit cauilosse factum velut ipsa Aniça creditrix fui confessa — Ego Antonius cancellarius scripsi“

sbyter Mateus Arcidiaconus & plebanus Presbyter Gaspar Cresolich presbyter Iohannes micolich, presbyter Vitus scolich presbyter Antonius Visignich omnes canonici ecclesie Maioris dicte terre Fluminis nomine ac vice totius capituli dicte terre Fluminis asserentes & dicentes qualiter Bone memorie vir dominus presbyter Vrbanus plebanus Barbane voluit adhuc viuens quod suum breuiarium nouum de littera sclaua habens post singulum psalmum orationem post mortem eius deueniret ad dictum capitulum essetque dicti capituli et hoc eo quod dictum capitulum liberauit Dominicam sororem dicti quondam presbyteri Vrbani a quodam liuello librarum quatuor quod soluere tenebatur annuatim dicto Capitulo uti clare constat publico Instrumento scripto manu mei notarij infrascripti anno domini MCCCCXXXVI.to Indictione XIIIIa die XVIII mensis Aprilis Ob quam causam cum ipsis canonicis fuit intimata mors dicti plebani confestim miserunt presbyterum Vitum Scolich ad accipiendum praefatum Breuiarium cum suprascripto Instrumento publico Barbanam cui dictum non dederunt Breuiarium quod ipsis canonicis redundat in maximum damnum & praeiudicium Quapropter praescripti Arcidiaconus & canonici omnibus iuris remedijs quibus magis ac melius fieri potest protestati fuerunt contra quamlibet personam siue comune que uel quod contra eorum voluntatem retinet siue retinere facit dictum Breuiarium ducatos centum auri pro dicto Breuiario & expensas secutas & secuturas praesentibus ibidem dominico genero Blasij fratris quondam dicti plebani apud quem est dictum braeviarium ac, etiam filio dicti Blasij ac dicentibus quod ipsi in hoc non sunt culpabiles & quod ipsi libenter dedissent ac darent dictum Breuiarium uelut dictus quondam plebanus praecepit ante mortem suam sed comune Barbane non promittit.

Protestus gregorij & Andree de Iuançe

Die XXVIII mensis decembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Martino xatanni Iuanulo de Arbo Simone oslich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher honorabili Capitaneo dicte terre Flu-

minis Comparuerunt gregorius quondam Andree sudouich & Andreas filius Marci ambo de Iuançe asserentes & dicentes qualiter die terciadecima mensis Instantis postquam soluissent dacium capitaneo Cersati pro septuaginta porcis uti moris est & pertransissent Fluuium et iam essent super territorio dicte terre Fluminis Aliqui famuli praefati Capitanei acceperunt dictos porcos vi & ipsos econtrario ultra dictum fluuium transnatare fecerunt sine scitu ac consensu hominum praefate terre Fluminis contra omne iuris debitum Quapropter praefati gregorius & Andreas protestati fuerunt pro damno & interesse dictorum porcorum ducatos centum auri & expensas secutas & secuturas contra & aduersus quamlibet personam quae inuenietur in hac causa fore culpabilem

Pro Gregorio stragulich contra Martinum aurificem

Die 29 mensis decembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Damiano quondam Matei Magistro Iohanne belsterfar aurifice testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus aurifex quondam dominici de Segna habitator terre Fluminis Sci Viti sponte libere ex certa scientia non per errorem omni excep ione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere gregorio stragulich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus Ducatos triginta vnum boni auri & iusti ponderis Et hoc pro vna muralea habita a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet ducatos vndecim usque ad festum Sci georgij proxime futurum et residuum ab illa die usque ad vnum annum tunc proxime sequentem Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1445 die XXIIII mensis decembris cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus domino presbytero gaspare cresolich plebano Iu-

Pars capta pro littera latina

Die XXVIIII mensis decembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti Per Spectabilem ac generosum virum dominum Iacobum Raunacher honorabilem Capitaneum Venerabilem virum dominum presbyterum Mateum Arcidiaconum & plebanum Dominum Mateum quondam Ser donati dominum Stefanum blasinich honorabiles Iudices dicte terre Fluminis Iudicem Ambrosium Iudicem Stefanum ruseuich Iudicem Maurum Vidonich Iudicem Cosmam radolich Iudicem Vitum quondam Matchi Iudicem Nicolaum micolich Iudicem Tonsam quondam Ser Nicole consiliarios dicte terre Fluminis capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet quod omnes vnanimiter toto posse laborare debeant quod litera latina debeat esse in ecclesia Sce Marie dicte terre Fluminis & in capitulo et quod aliquis ipsorum non contradicet nec huic rei erit unquam contrarius per iuramentum quod Magnifico domino nostro & dicte terre Fluminis fecerunt.

Die XXX mensis decembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Stefano ruseuich.....

Pro Iudice Nicolao & Adam de Firmo contra Andream Tustan

Die primo mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Nicolao Rayntalar testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Andreas tustan de labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich & Bartolomeo Antonij de Firmo praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quinquaginta duos boni auri & iusti ponderis & solidos sexaginta quatuor paruorum Et hoc pro oleo habito a dictis creditoribus Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus de-

---

dice Damiano quondam Matei testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi“

bitor praefatis creditoribus usque ad festum Sci Georgij proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudice Quirino spinçich contra Vitum sarctorem

Die secundo mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Nicolao Rayntalar Valentino Iurlinouich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus sarctor quondam georgij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Quirino spinçich de Castua praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras triginta octo & solidos duodecim paruorum Et hoc pro frumento habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit suam vineam positam in Bergudo Hoc pacto quod si praefato creditori non videretur pignus ydoneus quod tunc & eo casu possit petere pro dicto debito dictum debitorem Qua soluta uel non rata maneant &c

Soceda Nicolai Rayntalar

Die quinto mensis Ianuarij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Iudice Iurcho de dreuenicho testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nicolaus Rayntalar per se suosque heredes & successores dedit & locauit in Socedam Crismano Ieretica de Vragna praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti peccudes quadraginta usque ad quinque annos proxime futuros hac condicione & pacto quod dictus Crismanus teneatur & debeat dictas peccudes bene & diligenter pascere & gubernare & dare medieta-

tem omnium fructuum dictarum pecudum singulo anno praefato Nicolao francham in Castro Laurane Et quod dictus Crismanus non debeat diuidere Lanam nec Caseum nisi praefatus Nicolaus siue eius nuncius fuerit praesens Et si repertum fuerit dictum Crismanum facere aliquam falsitatem quod tunc praefatus Nicolaus possit ipsi Crismano dictas pecudes non dando ipsi aliquam partem Et quod dictus Nicolaus non valeat dictas pecudes accipere dicto usque ad praefatum terminum quinque annorum Saluo si inveniretur aliqua falsita Et quod in capite dictorum quinque annorum praefate pecudes & alia que ex eis erunt debeant diuidi inter ipsos paribus portionibus Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Pro Iudice Nicolao & Adam contra Francigenam

Die septimo mensis Ianuarij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione infrascripti Iudicis Nicolai praesentibus Vito matronich Grisano quondam Iudicis Martini gregorio quondam Matei de Modrussia testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Iohannes de Vltrarijs de Francia Capitaneus Buchari sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich et Bartolomeo Antonij de Firmo praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos septuagintaocto boni auri & iusti ponderis Et hoc pro oleo temporibus elapsis habito a dictis creditoribus Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefatis creditoribus tot pelles magnas id est coria in ratione ducatorum quatuor auri cum dimidio pro singulo centenario librarum ponderis ad pondus grossum dicte terre Fluminis et tantum grisum bonum & mercimoniale in ratione solidorum viginti pro singula Macia ad mensuram buchari usque ad festum Sci georgij proxime futurum quot et quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem du-

catorum quinquaginta octo sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro suprascriptis creditoribus contra dictum debitorem

Vltrascriptis die loco ac testibus Praefatus Ser Iohannes debitor Sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich & Bartolomeo Antonij de Firmo praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos nonaginta sex boni auri & iusti ponderis et solidos quadraginta quatuor paruorum Et hoc pro oleo die suprascripto habito a dictis creditoribus Quam quidem pecunie quantitam dare & soluere prom sit dictus debitor praefatis creditoribus usque ad carnispriuium proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascipta.

Pro Nichlino contra Iacobum Cigantich & Georgium petricich

Die nono mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Vito matronich test bus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iacobus cigantich & georgius petricich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes fuerunt contenti & c nfessi se habuisse ac recepisse A Nicolao Rayntalar praesenti stipulanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus vnam vegetem vini pos tam in penore Iohannis aurificis tenute modiorum duodecim uel circa siue plus siue minus prout reperietur in mensura Et hoc pro precio & nomine precij solidorum nonaginta paruorum pro sigulo modio et dicti debitores debeant soluere canipam pro dicta vegete vini Quod quidem precium dare & soluere promiserunt dicti debitores praefato creditori

usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum [*bonorum*] qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Condictio Martini & Andree fratrum de Grubinico

Die nono mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser Donati Vito matronich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique de consensu Spectabilis viri domini Iacobi Raunacher Capitaneus Martinus quondam Vasme de Grobinico & Andreas eius frater condixerunt vendictioni facte per ipsorum matrem Aniçam Çupano georgio de Studena nomine suo & nomine petri fratis sui de medietate cuiusdam Molendini positi podstene districtus gotnici. Qui dominus Capitaneus praecepit michi notario infrascripto quod dictum Instrumentum dicte venditionis & aliud instrumentum debiti in fauorem dicte Aniçe nemini dare nec publicare absque eius licentia

Finis pro Iohanne Rilçich

Die XVI mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti in Terra Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Iudice Stefano blasinich Iudice Georgio de Dreuenico omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon quondam Petri de Pago habitator pensauri per se suosque heredes & successores fecit Nicolao repeglie Pilipario praesenti stipulanti & respondenti vice ac nomine Iohannis dicti rilçich nepotis georgij glade piliparij habitatoris dicte terre fluminis & eius heredum & successorum finem remissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo de omni & singulo iure & actionibus ac omnibus & singulis rebus ad que praefatus Iohannes praedicto Simoni tenebatur siue teneri poterat usque ad praesentem diem occasione vnius barche vini farine ac aliarum rerum intus positarum acceptarum per praedictum Iohannem et quendam petrum de pirano & conductas ad partes ystrie et expensarum damnorum & interesse ac omnium & singularum rerum quas quocunque ratione uel causa praefatus

Iohannes praedicto Simoni dare teneretur Et hoc ideo quia praefatus Simon fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum fuisse A Clara uxore suprascripti Georgij glade nomine ac vice dicti Iohannis de omnibus & singulis rebus ad que praedictus Iohannes praelibato dare teneretur siue teneri poterat quacunque ratione uel causa Renuncians exceptioni non habite non recepte dicte solutionis tempore praefati contractus Liberans & absoluens praefatum Iohannem et eius heredes & successores & bona per acciptilationem et aquilianam stipullationem legitime interpositam Promittensque praefatus Simon per se suosque heredes dicto Nicolao repeglie stipullanti & respondenti nomine praefati Iohannis litem quaestionem uel controuersiam aliquam praelibato Iohanni aut suis heredibus non inferre nec inferenti consentire occasione praedictorum sed omnia & singula suprascripta perpetuo firma & rata habere tenere & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto sub pena ducatorum quinquaginta auri stipulatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa qua pena &c.

Pro Comunitate contra famulos Capitanei Cersati

Vltrascriptis die ac loco Iudices & consilium praeceperunt michi quatenus scribere deberem qualiter aliqui Famuli Iacobi bolfing Capitanei Cersati et aliqui morlachi quorum nomina inferius sunt notata die tercia decima mensis decembris proxime elapsi Postquam Gregorius & andreas de Iuançe pertransissent fluuium labentem iuxta dictam terram Fluminis cum septuaginta porcis & essent cum dictis porcis a latere fluuij super Territorio dicte terre Fluminis aliqui famuli suprascripti Iacobi bolfing et morlachi de Mandato ipsius Iacobi pertransiuerunt dictum fluuium & acceperunt vi suprascriptos porcos existentes super territorio dicte terre Fluminis & ipsos ultra dictum fluuium transnatare fecerunt ad Territorium Castri cersati sine scitu hominum dicte terre Fluminis & contra eorum voluntatem in maximum damnum ac maximam verecundiam tam Magnifici domini quam hominum dicte terre Fluminis nomina illorum qui acceperunt porcos que sciuntur sunt hec primo Gaspar... qui iam diu stetit cum praefato Iacobo Petrus Regoieuich morlachus de planine de Segna

Accordatio famuli pro Magistro Georgio de Iadra

Die XVII mensis Ianuarij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus presbytero Gaspare cresolich Georgio filio Iudicis Stefani ruseuich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Eufumia uxor Breçschi marinarij habitatoris dicte terre Fluminis dedit locauit & affictauit Magistro Georgio quondam demitrij de Iadra ibidem praesenti Maurum filium suum praesentem & consentientem usque ad decem annos proxime futuros his pactis & condicionibus videlicet quod dictus Maurus teneatur & debeat bene & diligenter seruire & obedire praedicto Magistro Georgio dictis decem annis tanquam domino & magistro suo Et praefatus magister Georgius teneatur & debeat praedicto Mauro dare vitum vestitum & calceatum competentem dictis decem annis & ipsum docere fideliter artem suam Et in capite dictorum decem annorum praedicto Mauro dare teneatur duodecim brachias panni valoris librarum trium pro singulo brachio aut libras triginta sex paruorum & pannos quos tunc habebit et vnum caput de quolibet genere Instrumentorum artis sue et etiam medietatem omnium instrumentorum que ipse Maurus faciet infra dictum terminum decem annorum Promittens vna pars alteri vicissim omnia & singula suprascripta attendere obseruare & ademplere et non contrafacere uel venire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto Sub pena librarum uiginti quinque paruorum stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Procura in Ser Antonium de Pensauro

Die XVIII mensis Ianuarij In publica platea Terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Andrea de Crastouiça Grisano quondam Iudicis Martini de pago testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Prouidus vir Iohannes filius generosi millitis domini Nicolai vicarij segne omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit prouidum virum Ser Antonium Terencij de pensauro praesentem & infrascriptum man-

datum sponte suscipientem suum verum & legitimum procucuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim in causa siue lite quam habet siue habiturus est cum Ser Ançelino bonfiolo quacunque ex causa Ad Agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes &c Et ad exigendum a dicto Ser Ançelino denarios res & quacunque alia et de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda quae in praedictis & circa praedicta & quolibet praedictorum duxerit facienda & necessaria ac utilia videbuntur que &c Dans &c Promittens &c

Pro Nicolao Rayntalar contra Ambrosium radolich

Die XXo mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Martino aurifice de Segna testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Anbrosius radolich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus tamquam plegius & fideiussor Matei cersati ibidem praesentis habuisse ac recepisse A Nicolao Rayntalar praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus vnam vegetem vini rubei tenute modiorum sexdecim siue plus siue minus prout reperietur in mensura pro precio solidorum octoaginta octo paruorum pro singulo modio quod vinum habuit dictus Mateus cersato Precium siue valorem dicti vini dictus Ambrosius dare & soluere promisit praefato Nicolao usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta *)

*) Cancellato, con in margine la nota: 1444 die XXIIIo mensis nouembris cancellatum fuit praesens Instrumentum de voluntate Nicolai Rayntalar praesentibus Vito sarctore & Iacobo Sbardelada testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi.

Pro Ambrosio praedicto comtra Mateum Cersato

Vltrascriptis die loco ac testibus praefatus Mateus cersat per se suosque heredes & successores se obligauit & promisit dicto Ambrosio praesenti & pro se suisque heredibus stipullanti soluere precium siue valorem dicti vini usque ad festum Sci Petri de mense Iunij Et ad maiorem dicti ambrosij cautellam praefatus Mateus eidem obligauit & pro speciali pignere designauit suam domum in qua habitat pro suprascriptis firmiter obseruandis.

Pro Iudice Rosso contra Simonem pilar

Die XXII mensis Ianuarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Stefano ruseuich Iudice Damiano quondam Matei Domigna de Grobinico omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon pilar quondam Tome fuit contentus & confessus qualiter iam sunt duo anni elapsi & completi quod conduxit & accepit ad affictum A Iudice Vito quondam Matchi partem molendinorum secce & valce ipsius Iudicis Viti que possessio dicitur Bolchoue selo pro quinque annis tunc proxime secutis his pactis & condicionibus quod dictus Simon tenebatur & debebat omni & singulo anno dare & soluere dicto Iudici Vito pro affictu & nomine affictus dicte partis molendinorum secce & valce libras XL.ta paruorum et in fine ipsius termini dare & restituere dicta partem molendinorum secce & valche ita bonam et sufficientem sicut et qualem accepit eo tempore quo ipsam partem conduxit Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri vicissim obbligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.

Finis pro cersato

Die XXIII mensis Ianuarij praesentibus Nicolao Rayntalar paulo franiçich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Iurcho de dreuenico per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus sibi integre solutum & satisfactum fuisse a Mateo cersat de omnibus & singulis debitis iuribus & rebus ad que dictus Mateus praedicto Iudici Iurcho quomo-

docunque tenebatur siue teneri poterat quacunque ratione uel causa faciens ipse Iudex Iurcho praefato Mateo finem remissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo de omni & singulo debito ac omnibus & singulis rebus ad que praefatus Mateus ipsi Iudici Iurcho actenus tenebatur seu teneri poterat quacunque ex causa.

Pro Cusma mircovich contra prodanum de pago

Die vltimo mensis Ianuarij praesentibus Vito matronich Martino Xatanni Valentino Iurlinouich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Prodanus quondam Radeni de pago sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Cusme quondam dragomiri mircouich praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras viginti quinque paruorum Et hoc pro quadam vinea habita a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet medietatem usque ad festum resurrectionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum et aliam medietatem usque ad festum Sci Martini proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua solulta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

Procura in Georgium sarctorem

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Mauro Vidonich Iacobo cerdone omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius Filacanoua quondam Martini habitator Venetiarum omni via modo iure & forma

*) Cancellato con in margine la nota: „1444 Die XVII mensis Madij Cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti devoluntate creditoris & Francisci eius filij praesentibus Vito sarctore quondam Georgij & Blasio peçich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ego Antonius cancellarius scripsi“.

quibus magis et melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Georgium sarctorem quondam Stefani habitatorem dicte terre Fluminis suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A Iudice Ioseph Moieseieuich de Segna omnem & singulam pecunie quantitatem res & quecunque alia quae quomodocunque ipsi constituenti dare teneretur & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit Coram domino Capitaneo Iudicibus ac Regimine dicte terre Fluminis Ad agendum petendum &c Dans &c Promittens &c.

Pro Iudice Nicolao contra Georgium muratorem de Iadra

Die XVIII mensis februarij In terra Fluminis Sci Viti In Statione infrascripti Iudicis Nicolai creditoris praesentibus Ser Adam Antonij de Firmo Iohanne Tomasolich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Magister Georgius murator quondam demitrij de Iadra sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich habitatori dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos vigintinouem et solidos sexaginta octo paruorum Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor poaefato creditori usque ad festum Sci Georgij proxime futuri sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro suprascripto contra praescriptum

Vltrascriptis die loco ac testibus et adhuc Mateo cersato Ibique Magister Georgius murator quondam demitrij de Iadra fuit contentus & confessus se habuisse ac manualiter recepisse et sibi integre datos ac numeratos fuisse a

Iudice Nicolao micolich ibidem praesente ducatos septuaginta auri Et hoc pro parte solutionis operis quod dictus georgius facere debet et tenetur praefato Iudici Nicolao prout constat quodam cyrographo scripto manu magistri Antonij muratoris quondam Agnoli de pensauro Renuncians praefatus georgius exceptioni sibi non date & non numerate dicte quantitatis pecunie omnique alij suo iuri ac legum auxilio Promittensque omnia & singula suprascripta perpetuo firma rata & grata habere tenere & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto Sub pena dupli dicte quantitatis pecunie cum obligatione omnium suorum bonorum stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa Qua pena &c

Pro Nichlino contra Iudicem Maurum

Die XXII mensis februarij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Georgio clarich & Iuanusio quondam georgij de verbasse testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Maurus Vidonich per se suosque heredes & successores tamquam plegius & fideiussor Teodori quondam dominici *) habuisse ac recepisse A nicolao Rayntalar praesenti stipullanti respondenti pro se suisque heredibus & successoribus vnam vegetem plenam vino tenute modiorum XV. siue plus uel minus prout reperietur in mensura in ratione solidorum nonaginta pro singulo modio Precium autem siue valorem dicti vini dare & soluere promisit dictus Iudex Maurus praefato Nicolao usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. **)

---

*) Evidentemente è omesso: „fuit contentus & confessus“.

**) Cancellato, con in margine la nota: „1444 die 22 mensis Augusti cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Nobili viro Ser Antonio de Terentijs de pensauro Vito sarctore quondam georgij testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi“.

Praeceptum domini Capitanei

Die XXVI Februarij In Statione mei notarij infrascripti dominus Capitaneus cum consilio praecepit Iudici Iurcho Vito mateieuich Blasio cerdoni Cipriano Faricih et bartolo melcherich quatenus per totam ebdomadam proxime futuram debeant simul pacem facere aliter elapso dicto termino ipse cum consilio prouidebit super hac re prout ipsi videbitur melius pro Magnifico domino nostro & terra Fluminis praecipiens eis ne simul aliquam faciant quaestionem nec aliquis occasione alicuius ipsorum Sub pena gratie Magnifici domini nostri.

Pro Iudice Iurcho ac alijs plegiarijs iudicis Damiani

Die quinto mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Prodano de pago ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Georgius quondam Flori morganich de Iadra fuit sponte confessus & contentus se habuisse ac recepisse a Iudice Iurcho de dreuenico & eius socijs tanquam plegijs Iudicis damiani Ducatos viginti quinque auri pro prima paga anno praeterito Item dixit confessus & contentus fuit se habuisse ac recepisse a Ser Rafaele Francisci de Fossambruno ducatos decem et octo auri et quartos tres nomine ac vice debiti suprascripti Iudicis Damiani pro quo fideiusserunt Suprascriptus Iudex Iurchus & eius socij

Procura in petrum mateum de Arimino

Die septimo mensis Marcij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iacobo quondam Iudicis Bachini & Nicolao de Rochacontrata omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Franciscus quondam georgij de Modrussia habitator murani omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Petrum Mateum Vgulini de Arimino praesentem & infrascriptum Mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum A

Georgio cancelarich de Segna omnem & singulam pecunie quantitatem quam quomodocumque ipsi constituenti dare teneretur & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes Instrumenta & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum sequestra & cuiuscunque generis contractus faciendum Item ad substituendum loco sui unum uel plures procuratores & eos reuocandum rato manente praesente Mandato Et generaliter ad omnia alia &c Dans &c Promittens &c

Pacta domini Arcidiaconi & Francisci çicadich

Die Xo mensis Marcij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Milasino calafato Vito sarctore quondam georgij Christoforo quondam Iacobi omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus mateieuich vice ac nomine venerabilis viri domini presbyteri Matei Arcidiaconi & eius heredum dedit locauit & affictauit Francisco filio presbyteri Çicade de Castua praesenti stipullanti & conducenti pro se suisque heredibus & successoribus vnam vineam positam in borgudo quae fuit presbyteri dominici plebani Castue cum omnibus pertinentijs suis usque ad uiginti annos proxime futuros hac condicione quod dictus Francisco teneatur & debeat omni & singulo anno dictam vineam bene & diligenter laborare secundum consuetudinem dicte terre Flumiminis & omni & singulo anno ponere capita triginta duo vitium in ipsa Et quod dictus Franciscus teneatur & debeat usque ad tres annos dare terciam partem vini cum vinacijs praefato domino presbytero Mateo uel eius heredibus transactis dictis tribus annis dictus conductor teneatur & debeat dare omni singulo anno medietatem solummodo vini cum vinacijs & in casu quo dictus conductor non laboraret vineam ut supra dictum est siue eius heredes quod tunc dictus locator uel eius heredes possint & valeant praedicto conductori siue eius

heredibus accipere & facere laborare expensis dicti conductoris siue eius heredum & ab ipso siue eius heredibus petere omne damnum & interesse

Sequestrum Petro Matei de Arimino

Die XIo mensis Marcij Sub Arbore ante portam terre Fluminis Sci Viti praesentibus Ser Antonio Terencij de pensauro Iudice Nicolao micolich Iudice damiano quondam Antonij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Petrus mateus Ser Ugulini de Arimino suo nomine & tanquam procurator Francisci quondam georgij de Modrussa habitatoris Murani Comparuit Coram Spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher honorabili Capitaneo Nobili viro domino Stefano blasinich honorabili Iudice dicte terre Fluminis asserens & dicens qualiter nominibus quibus supra habere debet quamplura a georgio cancelarich de Segna uti loco & tempore debitis claris faciet constare documentis et quia charachia praefati georgij cançelarich reperitur & est in manibus Iudicis Matei quondam Ser donati Idcirco ipsam cum omnibus & singulis rebus intus positis interdixit ac sequestrauit in manibus praefati Iudicis Matei sic quod dictam charachiam nequaquam dare nec consignare debeat dicto georgio absque ipsius licencia quam interdictionem & quem sequestrum praefati domini Capitaneus & Iudex acceptauit inquantum de iure tenentur & debent Praecipientes ipsi Iudici mateo quatenus suprascriptam charachiam & res intus positas dicto georgio nequaquam dare nec consignare debeat absque eorum licencia.

Accordatio famuli pro Magistro Toma remerio

Die XIII mensis Marcij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito matronich Ser Prodano de pago Iacobo cigantich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Antonius quondam Georgij Susich sponte & ex sua libera uoluntate se concordauit ad standum pro vno anno proxime futuro cum Magistro toma remerio habitatore dicte terre Fluminis praesente & acceptante hac condicione & pacto quod dictus Antonius teneatur & debeat bene e & diligenter ac fi-

deliter servire praedicto Magistro Tome tanquam magistro & patrono suo praefato tempore Et dictus Magister Tomas teneatur & debeat dare praefato Antonio vitum & subtelares Et in capite dicti anni dictus Tomas dare & soluere teneatur praefato Antonio libras quinquaginta quinque paruorum Promittens vna pars alteri ad inuicem omnia & singula suprascripta perpetuo attendere & obseruare sub pena librarum centum cum obligatione omnium bonorum utriusque partis Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Accordatio famuli pro Magistro Benedicto pictore habitatore Ancone

Die XVI mensis Marcij In terra Fluminis Sci Viti in Statione mei notarij infrascripti praesentibus Ser Antonio Terencij de Pensauro Ser Ançelino bonfiolo de Florentia Iudice Nicolao micolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Stefanus quondam laurentij de Clochoç dedit locauit & affictauit Petrum filium suum praesentem & consentientem Magistro Blasio pictori quondam demetrij habitatori Ancone usque ad octo annos proxime futuros his pactis & condicionibus quod dictus Petrus teneatur & debeat bene & diligenter ac fideliter seruire & obedire praefato Magistro Blasio tanquam magistro & patrono suo toto tempore dictorum octo annorum Et praefatus Magister Blasius teneatur & debeat dare vitum vestitum & calceatum honestum dicto petro toto praelibato tempore & ipsum docere diligenter artem suam Et ultra hoc dare & soluere debeat praefatus magister Blasius dicto petro completo termino octo annorum ducatos octo boni auri & iusti ponderis et Instrumenta sibi necessaria ad artem suam faciendum & operandum Promittens vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attendere & obseruare sub pena librarum quinquaginta cum obligatione omnium bonorum utriusque partis Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Accordatio famuli pro Magistro Antonio lapicida de Venetijs

Vltrascriptis die loco ac testibus suprascriptus Stefanus dedit locauit & affictauit Magistro Antonio lapicide quondam benedicti de Verona habi-

tatori Venetiarum Fabianum filium suum praesentem & consentientem usque ad decem annos proxime futuros his pactis & condicionibus quod dictus Fabianus teneatur & debeat bene diligenter & fideliter seruire & obedire praefato Magistro Antonio tanquam magistro & patrono suo toto tempore dictorum octo annorum Et praefatus Magister Antonius teneatur & debeat dare praedicto Fabiano vitum vestitum & calceatum honestum toto praedicto tempore & ipsum docere diligenter artem suam Et vltra hac dare & soluere debeat praefatus magister Blasius dicto Fabiano completo termino decem annorum ducatos decem boni auri & iusti ponderis & tot instrumenta de arte sua quod possit vbique bene & diligenter operari artem suam Promittens vna pars alteri ad invicem omnia & singula suprascripta attendere & obseruare sub pena librarum quadraginta cum obligatione omnium bonorum utriusque partis Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudice Nicolao & Adam contra Voricum

Die XVI mensis Marcij in via publica ante domum Teodori quondam dominici praesentibus Magistro Iohanne sarctore de Alemania Matiasio de Iapre Michele quondam Michse de dobrinięe omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Voricus Piliparius de labaco sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich & Adam Antonij de Firmo praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum & triginta octo boni auri & iusti ponderis nomine mutui & valorem librarum duarum milium et quatuorcentum et quadraginta sex amigdalorum in ratione solidorum trium cum dimidio pro singulo libro in sex sarcinis Quam quidem pecunie quantitatem & valorem dictorum amigdalorum dare & soluere promisit dictus debitor praefatis creditoribus ad omnem requisitionem ipsorum creditorum Sub pena quarti cum

obligatione omnium suorum bonorum qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta *)

Procura buçareli

Die primo mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sancti Viti praesentibus Magistro Blasio cerdone Alegreto quondam Rucerij ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Buçarelus quondam Cole de ortona a mari omni modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Franciscum fratrem suum absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti tam denarios quam alias res & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia &c Dans &c Promittens &c

Pro Ser Adam de Firmo contra Iohannem Matiucis de Firmo

Die secundo mensis Aprilis In Terra Fluminis Sci Viti In Statione Iudicis Nicolai micolich Praesentibus Nobili viro Ser Antonio quondam Terentij de pensauro Iudice Mateo quondam Ser donati ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes Matiucij de Firmo mercator in dicta terra Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota

*) Cancellato con in margine la nota: „1449 die XXII mensis Nouembris cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate Iudicis Nicolai micholich et Bartolomei Antonij de Firmo tanquam procuratoris Ade fratris sui praesentibus Mateo quondam Ser donati Iudice Damiano quondam Matei — Ego Antonius cancellarius scripsi".

per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatus centum et nouem boni auri & iusti ponderis & solidos uigintiduos paruorum Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci georgij proxime futurum absque aliqua mora omni & singula iuris & litis exceptione cessante penitus & remota Sub pena ducatorum vigintiquinque auri cuius pene medietas sit domini & comunis Fluminis altera medietas dicti creditoris cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Iohanne de lipa contra Tomasium

Die sexto mensis Aprilis In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti Praesentibus Rafaele de Fossambruno Valentino Iurlinouich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Tomasium quondam Tome de Caldana de Vegla sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris nel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iohanni fabro de lipa praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibns & successoribus ducatos triginta septem boni auri & iusti ponderis & solidos nonaginta paruorum Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet medietatem usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis futurum Sub pena quarti Pro quo quidem Tomasino fideiussit dominus frater Albertus prior monasterij Sci Augustini pro suprascripta quantitate pecunie soluenda in suprascriptis terminis cum obligatione omnium suorum bonorum Sub pena quarti Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

*) Cancellato con in margine la nota: „1444 Die primo mensis Madij cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Damiano quondam Matei et Ser Gabriele Lipacij de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis.

Pro Magnifico domino nostro contra Paulum barberium

Die VIII mensis aprilis Ante portam terre Fluminis Sci Viti a mari praesentibus Martino çatanni Georgio petriçich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Paulus Vidotich barbitonsor sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich Daciario praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine Magnifici domini nostri de Valse & eius heredum & successorum ducatos quindecim boni auri & iusti ponderis &t hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta dicto Iudici Nicolao nomine quo supra pro Magistro Simone tinctore quondam Petri de Iadra Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit praefatus Paulus suprascripto Magnifico domino siue eius comissarij Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Paulo barberio contra Simonem tinctorem

Vltrascriptis loco ac testibus Magister Simon tinctor quondam Petri de Iadra obligauit & pro speciali pignere designauit suam magnam caldariam & tinam ac omnia & singula eius bona tam praesentia quam futura Magistro Paulo Vidotich barbintosori praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione quam fecit dictus Paulus Iudici Nicolao micolich nomine ac vice Magnifici domini nostri stipullantis pro praelibato Simone tinctore pro ducatis quindecim auri Pro qua quidem plegiaria seu fideiussione dictus Simon praelibatum paulum & eius heredes indemnes conseruare promisit cum obligatione omnium suorum bonorum

Pro Paulo de Vngaria & iusta de Castua

Die Xo mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi & Iudice Mateo donadouich testibus ad haec uocatis &

rogatis ac alijs Ibique Iusta uxor Michaelis de Castua dedit & locauit Paulo quondam Petri de Vngaria praesenti usque ad tres annos proxime futuros vnam vineam suam positam in burgudo iuxta Quirinum glauinich his pacto & condicione quod dictus Paulus teneatur & debeat dictam vineam bene & diligenter laborare secundum consuetudinem dicte terre Fluminis & omnes redditus tam vini quam aliorum fructuum percipere usque ad dictum terminum

Pro Iudice Nicolao & Adam contra Martinum becharium

Die XVIII mensis Aprilis In Statione infrascripti Ade praesentibus Agapito diraçich Bartolo cerdone testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Martinus becharum tanquam plegius quociani de los per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich & Ade Antonij de Firmo praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos duodecim boni auri & iusti ponderis & solidos decem & octo paruorum Et hoc pro oleo quod dictus Cocianus habuit a suprascriptis creditoribus Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefatis creditoribus usque ad unum mensem proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Procura drage de Castua

Die XX mensis Aprilis Castue In domo infrascripte Drage praesentibus Iusto barberio de Flumine Martino michaich Stefano Sonchurli ambobus de Castua testibus ad haec uocatis & rogatis Ibique domina Draga uxor quondam Martini pilipich de Castua tanquam domina & usufructuaria bonorum dicti quondam Martini ac ipsius Martini filiarum gubernatrix omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Mateum Matula

*) Cancellato, con in margine la nota: „1444 die XXVIIIo mensis Madij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate dictorum creditorum praesentibus Iohanne lisiçich Veneciano de Cregnino testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“.

de Castua praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium praesertim ad exigendum & recuperandum a barnaba dicto Brencho habitatore Betonoge et quacunque alia persona omnem & singulam pecunie quantitatem quam quomodocunque praefato quondam Martino pilipich dare tenebantur & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum & ad comparendum si opus fuerit coram domino Capitaneo Gardosseli & quocunque alio Iudice Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum &c & ad iurandum in animam dicte constituentis Item Ad sustituendum loco sui unum uel plures procuratores & eos reuocandum rato manente praesente mandato Et generaliter &c dans &c Promittens &c

Pro generoso milite domino Martino Raunacher

Die XXV mensis Aprilis Ante portam terre Fluminis Sci Viti a mari praesentibus Iudice Ambrosio quondam Ser Marci Iudice Vito quondam Matchi ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati per se suosque heredes & successores sponte libere obligauit & pro speciali pignere designauit generoso milliti domino Martino Raunacher praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus suam domum totam & integram a celo usque in abissum cum omnibus & singulis ingressibus & eggressibus suis positam in publica platea dicte terre Fluminis pro illa pecunie quantitate quam dictus Iudex Mateus praefato domino Martino tenetur et de qua pecunie quantitate dare constat cirographo scripto propria manu dicti Iudicis matei qui est apud praelibatum dominum Martinum.*)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1453 die XXI mensis februarij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Damiano quondam Matei Ser Rafaele de Fossambruno testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Pars capta pro prepoueda vini

Die suprascripto In terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti per generosum virum dominum Iacobum Raunacher capitaneum Iudices & consiliarij terre Fluminis praedicte nemine discrepante pro vitandis erroribus capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet quod quando debet fieri prohibitio vini id est quando vinum illustrium dominorum nostrorum seu ecclesie debet vendi ad tabernam quam aliqua persona cuiusuis condicionis existat non audeat nec praesumat post proclamationem factam ponere siue uendere aliquod vinum ad tabernam sub pena librarum octo & perdendi vinum Siquis autem diceret se posuisse vinum ad tabernam ante proclamationem & non haberet cauponem siue omnes mensuras videlicet cagnicium & Medium cagnicium & solidum non possit nec valeat vendere ipsum vinum & si venderet cadat ad penam suprascriptam Intelligendo tamen & addendo quod in vna domo siue canipa non possit esse spina nisi vna & si plures spine essent quilibet patronus incurrat suprascriptam penam. Que pars non possit nec valeat reuocari nisi per dominos Capitaneum Iudices & omnes consiliarios aliter non.

Pro Iohanne uiro Perse

Die XXVI mensis Aprilis In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Magistro Georgio sarctore quondam Stefani Ivanusio quondam georgij ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Anta uxor gregorij mochlijnich per se suosque heredes & successores dedit locauit & affictauit domum suam Iohanni quondam Radi habitatori dicte terre Fluminis hac condicione quod dictus Iohannes teneatur & debeat singulo anno soluere pro affictu & nomine affictus libras quatuor Et quod debeat dictam domum aptare taliter quod commodosse possit in ea habitari super dicto affictu Et quod dicta locatrix si uellet rehabere dictam domum uel eius heredes quod tunc ipsa uel eius heredes debeant soluere praefato conductori illud quod ipse expendiderit in aptando dictam domum & soluendo collectas diffalcando tamen singulo anno libras quatuor pro affictu Et quod si di-

cta locatrix uel eius heredes uellent vendere dictam domum quod ipsa uel ipsi teneantur dictam domum vendere dicto conductori illo precio quo alijs vendere possent Promittens vna pars alteri adinuicem solemnibus stipullationibus hinc inde interuenientibus omnia & singula suprascripta attendere & obseruare sub pena librarum quinquaginta cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudice Nicolao & Adam contra Michaellem pinçich

Die XXVI mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Vito mateievich Grisano tonchouich Blasio carpentario omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Michael pinçich de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus ac vice & nomine Iudicis Nicolai micholich & eius heredum ducatos vigintiquatuor boni auri & iusti ponderis & solidos septuaginta paruorum Et hoc pro oleo habito a dictis creditoribus Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefatis creditoribus super nundinis Sce Malgarite de bucharo proxime futuris tantam gaçam quanta ascendat ad suprascriptam quantitatem pecunie Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro Iohanne de Selça contra Ançe belsterfar

Die XXVII mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Vito matronich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Magister Iohannes belsterfar aurifex sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iohanni quondam Francisci de Selça praesenti stipullanti & respondenti pro se

suisque heredibus & successoribus libras sexaginta octo paruorum Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta pro Iudice Damiano quondam Matei dicto creditori Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit praefatus Magister Iohannes dicto creditori usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro Matcho Vidaç contra Iudicem damianum

Die XXVII mensis Aprilis In terra Fluminis &c In domo presbyteri Marci radolich in qua ad praesens habitat infrascriptus Iudex Damianus praesentibus Iudice Mauro Vidonich Valentino Iurlinouich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Domina lepiça uxor Iudicis Damiani quondam Matei sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contenta & confessa se iuste teneri & dare debere Ser Matcho Vidaç de labaco praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quadraginta tres boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta pro praefato Iudice Damiano viro suo pro ferro quod praefatus Iudex Damianus habuit a suprascripto Matcho Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit praelibata debitrix dicto creditori usque ad festum natiuitatis beate Marie Virginis proxime futurum Sub pena quarti Et ad maiorem cautelam praefati creditoris dicta debitrix eidem obligauit & pro speciali pignere designauit suum ortum magnum positum in luchi Cum voluntate & consensu dicti viri sui ibidem praesentis

Pro suprascripto Matcho contra Nichlinum & Valentinum

Die XXVII mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Antonio rossouich Teodoro quondam dominici ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nicolaus Raintalar et Valentinus Iurlinouich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni

exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Ser Matcho Vidaç de labaco praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quindecim boni auri & iusti ponderis & solidos triginta quatuor paruorum Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt dicti debitores praefato creditori usque ad festum Sci Michaelis proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Matcho Curipoio contra Iohannem aurificem

Die XXVII mensis Aprilis In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Antonio rossouich Teodoro quondam dominici ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Magister Iohannes belsterfar sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Matcho Curipoio de labaco praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Michai & Iudice Iurcho

Die primo mensis Madij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Simone oslich Martino Xatanni ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Michael quondam georgij glednich famulus infrascripti Iudicis Iurchi dixit & affirmauit qualiter Iohannes dictus Iagnaç habet in suis manibus de suis libras trigintaquinque paruorum et ducatos septem auri quos denarios ipse Michael dedit praefato Iohanni in Saluum

praesente dicto Iohanne et confitente Et sic dictos denarios recommittit praefato Iudici Iurcho quod exigere possit & valeat dictus Iudex Iurcho a praelibato Iohanne dicto Iagnaç dictas libras triginta quinque et dictos ducatos septem ad omnem voluntatem & requisitionem praelibati Iudicis Iurchi

PRO PAULO LUSTALAR CONTRA IUDICEM MATEUM & EIUS MATREM

Die secundo mensis Madij In domo habitationis infrascripte domine Naste In Terra Fluminis Sci Viti praesentibus Spectabili viro domino Iacobo Raunacher Capitaneo dicte terre Fluminis Iudice Ambrosio cresolich Valentino Iurlinouich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Domina Nasta uxor quondam Iudicis donati et Iudex Mateus eius filius simul & in solidum sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Iudici Paulo lustalar de labaco praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos ducentos et nonaginta septem boni auri & iusti ponderis Et hoc pro Ducatis ducentis & quinquaginta auri quos praefatus creditor soluit obtoni de petouia pro dicto Iudice Mateo tanquam fideiussor et ducatis decem et septem pro expensis et ducatos triginta quos dictus Iudex Mateus recepit de bonis dicti creditoris Pensauri quos quidem ducatos praedicto creditori dare et soluere promiserunt dicti debitores simul & insolidum per terminos infrascriptos videlicet ducatos ducentos usque ad festum Sce Malgarite proxime futurum Et residuum usque ad festum Circumcisionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena solulta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta. *)

*) Cancellato con in margine la nota: „1445 Die XVI mensis octobris Cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate Iacobi olim Capitanei laurane legitimi procuratoris pauli lustalar creditoris praesentibus Iudice Nicolao micolich & Ser Castelino de pensauro testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs -- Ego Antonius cancellarius scripsi".

PROTESTUS BLASIJ DE PENSAURO

Die secundo mensis Madij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Nobili viro Ser Antonio Terentij de Firmo Iudice Mauro Vidonich Ser Iohanne Matiucij de Firmo omnibus ad praesens habitatoribus dicte terre Fluminis Sci Viti testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro domino Mateo quondam Ser donati honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Blasius Cicolini de pensauro asserens & dicens qualiter Ser Merlinus de montesancto et Ser Antonius eius socius non permittunt nescit qua causa ipsum blasium ingredi marcilianam cuius ipse est patronus et intendunt discedere a portu dicte terre Fluminis cum dicta Marciliana sine ipso ac sine eius consensu et voluntate quod ipsi Blasio redundat ac redundare posset in maximum damnum & detrimentum Quapropter protestatus fuit omni via modo iure & forma quibus fieri potest contra praedictos Ser Merlinum & Ser Antonium ibidem praesentes ducatos ducentos pro ipsa Marciliana siquid accideret

PRO AGNIA LUCAÇIÇA CONTRA LAURENTIUM LABUTICH

Die tercio mensis Madij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus domino presbytero Vito scolich Iudice Stefano blasinich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Laurentius labutich de dicta terra Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Sorori Agneti Lucaçiçe praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus Assides seccadicias ducentas et ducatos octo boni auri et iusti ponderis Et hoc pro quadam domo habita a dicta Agnete creditrice Quas assides dare et consignare promisit dictus debitor praefate creditrici siue ostendenti hoc instrumentum usque ad festum assumptionis Beate Marie Virginis proxime futurum Et dictos ducatos octo usque ad festum Sce Malgarite de Anno domini 1445º Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Procura Ser Blasij golubich in prodanum

Die quarto mensis Madij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Mateo cersato ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Prouidus uir Ser Blasius de columbis de Cherso omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Prodanum quondam Radeni de pago habitator dicte terre Fluminis praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum ab Agnolo blancho habitatore Fani ducatos decem auri quos ipse constituens soluit Tomasino de Vegla tanquam plegiarius & fideiussor dicti Agneli & de per eum receptis finem &c Et Ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum &c Et generaliter &c Dans &c promittens &c

Pro Nicolao de spalatro contra Iohannem de Segna

Die quinto mensis Madij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Martino aurifice quondam dominici Vito sactore quondam Georgij ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes quondam Stefani de Segna habitator Venetiarum sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nicolao quondam Bucacij de spalatro habitatori Venetiarum praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos duodecim boni auri & iusti ponderis Et hoc pro concordio inter dictas partes facto occassione danariorum dicti nicolai derobatorum Laurane per marinarium dicti Iohannis Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit praefatus Iohannes debitor praedicto Nicolao creditori usque ad duos annos proxime futuros sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Ser Antonio de pisauro contra Ser Bernardum piruçi

Die sexto mensis Madij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione infrascripti Ser Antonij praesentibus Simone Bartolomei de Florentia habitatore Ancone Bartolomeo Matiucij de Firmo Magistro Toma quondam Iohannis barbitonsore ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Cum Iohannes filius generosi millitis domini Nicolai de barnis vicarij ciuitatis Segue emerit A Ser Iohanne doni de Florentia mercatore in regno appulie miliaria quindecim olei ac ipsum oleum soluerit cuius quidem quantitatis olei praefatus Iohannes vndecim miliaria emit ac soluit nomine et vice Nobilis viri Ser Antonij de Terentijs de pisauro et praescriptum oleum in termino affixo nec in loco ordinato praedicto Ser Antonio non sit datum nec consignatum uelut Ser bernardus perucij de Florentia nuncius assertus praelibati Ser Iohannis doni coram testibus suprascriptis & me notario infrascripto fuit confessus Idcirco praefatus Ser Bernardus nomine ac vice praelibati Ser Iohannis doni pro quo promisit de rato & rati habitione de omnibus & singulis infrascriptis promisit & se obligauit ad dandum & consignandum in Arssia dicta vndecim miliaria olei praetacto Ser Antonio praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti hac condicione & pacto quod dicta vndecim miliaria olei veniant & ferantur risico ac periculo praedicti Bernardi usque ad Sansegum sed a Sansego usque ad Arssiam quarta pars ipsius olei feratur risico & periculo praefati Ser Antonij Et si praefatus Ser Bernardus non obseruaret attenderet & adimpleret omnia & singula suprascripta quod tunc & eo casu praelibatus Ser Antonius possit & valeat petere omnia & singula damna et interesse non obstantibus aliquibus priuilegijs foris statutis consuetudinibus saluisconductibus tam factis quam qui fient Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia & singula sua bona mobilia & immobilia Quod Instrumentum praedictus Ser Antonius uoluit habere plenissimam firmitatem & robur si et in quantum praelibatus Ser Iohannes doni ipsum retificet & contentet Sin autem ipse Ser Antonius vult posse uti suis iuribus secundum

tenorem cirographi dictorum quindecim miliariorum olei qu est in manibus Iohannis filij suprascripti domini vicarij Segne non obstante in aliquo hoc Instrumento. Que quidem miliaria vndecim olei praefatus Ser Bernardus promisit & se obligauit dare & consignare in Arssia praedicto Ser Antonio per totum mensem septembris proxime futurum cum obligatione suprascripta.

Conuentio Ser Antonij de pensauro cum Ser Bernardo peruci

Vltrascriptis die loco ac testibus Prouidus vir Ser Antonius Terentij de pensauro taliter conuenit cum Ser Bernardo perucij de Florentia videlicet quod si dictus ser Bernardus in nauignio super quo onerabit vndecim miliaria olei que dictus Ser Bernardus praefato Ser Antonio dare tenetur onerabit quadraginta currus frumenti uel circa ipse Ser Antonius est contentus quod medietas dicte quantitatis frumenti feratur periculo ac risico ipsius Ser Antonij et similiter habere debet ipse Ser Antonius medietatem lucri quod ex dicta frumenti quantitate consequetur et similiter medietatem damni si sequeretur quod absit

Pro Iudice rosso contra dominam dobriçam

Die XIIII mensis Madij In Terra Fluminis Sci Viti In domo habitationis infrascripte domine dobriçe praesentibus Iudice Stefano blasinich Vito matronich Blasio cerd ne quondam Antonij omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique domina dobriça uxor Ser Castelini sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contenta & confessa se iuste teneri & dare debere Iudici Vito quondam Matchi praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos vigintisex boni auri & iusti ponderis Et hoc pro frumento & lignamine habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dicta debitrix praedicto creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris Sub pena quarti Et ad maiorem cautellam praefati creditoris dicta debitrix eidem obligauit & pro

speciali pignere designauit suum Pastinum positum ad braidam iuxta Iagnaç & Ielenam candichieuam.

Pacta Matessi de Clana & Pauli de otocacio

Die XXV mensis Madij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Iudice Mauro Vidonich Martino aurifice quondam dominici omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Mateus bolff de otocacio habitator Clane taliter conuenit cum Paulo quondam Iohannis de otocacio quod praefatus Mateus dare promisit Marinam eius filiam in uxorem praefato Paulo quandocunque erit etatis perfecte his pactis & condicionibus quod quandocunque ipse Paulus praefatam Marinam duxerit in uxorem dictus Mateus per se suosque heredes & successores promisit praelibato Paulo dare in dotem & nomine dotis praefate Marine filie sue medietatem omnium & singulorum suorum bonorum tam mobilium quam immobilium & si accideret quod absit quod aut dicta Marina obiret ante quam dictus Paulus eam in uxorem duceret aut ipse Paulus moriretur ante praedictum terminum quod tunc praefatus Mateus teneatur & debeat omni & singulo anno quo praelibatus Paulus cum ipso steterit ab hodierna die antea dare & soluere ipsi Paulo siue eius heredibus Marcas octo denariorum Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura*)

Pars pro igne

Die XXVI mensis Madij Per Spectabilem ac generosum Virum Dominum Iacobum Raunacher Capitaneum Iudicem Stefanum blasinich Iudicem Mateum quondam Ser Donati ad praesens honorabiles Iudices Iudicem Ambrosium cresolich Iudicem Stefanum ruseuich Iudicem Vitum quondam Matchi Iudicem

*) Cancellato, con in margine la nota: „1446 Die XXII mensis nouembris cancelatum fuit praesens Instrumentum pactorum de voluntate amborum partium praesentibus Iudice Vito barolich Iudice Vito matronich testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“.

Maurum Vidonich Iudicem Cosmam radolich Iudicem Vitum barulich Iudicem Damianum quondam Matei Iudicem Tonsam quondam Ser Nicole omnes consiliarios terre Fluminis Sci Viti sedentes In Statione mei notarij infrascripti volentes inquantum possunt quod damna non eueniant & inobedientes puniantur statutum & ordinatum fuit iuxta consuetudinem & ordinem antiquum actenus obseruatum quod aliqua persona cuiusuis condicionis existat non audeat nec praesumat tenere fenum uel paleam aut aliquod stramen in aliqua domo sita in dicta terra Fluminis in qua persona aliqua habitat siue persone habitant ignem accendentes uel facientes Sub pena librarum quinquaginta Sed siquis uult fenum siue paleam aut aliud stramen tenere in dicta terra Fluminis debeat ipsa tenere in loco in quo non accendetur uel fiat Ignis.

DIE XXVII MAIJ

Incipit tenor Franchisie quam Illustris ac Magnificus dominus Dominus Reympert de Ballse ac dominus noster gratiosus sua assueta benignitate concessit hominibus terre Fluminis Sci Viti Imprimis quod nec in dicta terra Fluminis nec in eius districtu in ciuili causa ius aliquod alicui aduene reddatur siue administretur aduersus aliquem aduenam Nisi in confectione debiti facti fuerit Specialis mentio quod debitor possit cogi ad solutionem in dicta terra Fluminis quia tunc ius debet ministrari. Et similiter debet ius ministrari si debitum contractum fuisset in dicta terra Fluminis siue eius districtu In Criminali vere causa Talis iustitia siue tale ius reddatur aduene aduersus aduenam in dicta terra Fluminis qualis & quale redditur siue administratur ciuibus dicte terre Fluminis in illo loco de quo loco erit ciuis siue habitator qui aduersus aduenam querelam exponet

Incipit tenor Franchisie nundinarum quam Illustris ac Magnificus dominus dominus Reimpertus de Balsse dominus noster generosissimus concessit sua solita clementia sue terre Fluminis Sci Viti circa festum natiuitatis beati Iohannis baptiste Inprimis suprascriptus Illustris dominus vult & ordinat quod franchisia nundinarum singulo anno durare debeat

septem diebus continuis videlicet tribus ante festum ipsius natiuitatis beati Iohannis baptiste et in ipso die et tribus diebus post ipsum festum his modis et condicionibus videlicet quod omnes & singule mercationes & res cuiusvis condicionis existant que conducentur siue portabuntur ad dictam terram Fluminis suprascriptis diebus septem et extrahentur de dicta terra Fluminis exceptis Oleo ferro pelibus magnis crudis conducentes ipsas res uel mercancias franchi sint et aliquod datium pro ipsis rebus non teneantur soluere Et similiter extrahentes Et hoc intelligatur de rebus conductis illis septem diebus tantum Et si post terminum dictorum dierum septem Aliquis extrahere voluerit res conductas praefatis suprascriptis septem diebus extrahens teneatur ad solutionem Datij pro ipsis mercancijs siue rebus non obstantibus in aliquo nundinis seu franchisiam praelibatorum septem Dierum Et similiter si quis extraxerit res uel mercancias conductas ante praefatam franchisiam aut nundinas soluere teneatur & debeat Datium pro ipsis rebus aut mercancijs non obstantibus in Aliquo suprascriptis nundinis aut franchisia

Item quod aliquis ciuis siue habitator dicte terre non teneatur transacto Anno praesenti soluere collectas siue collectam marcharum

Vt autem prelibatus Magnificus dominus damnum omnino propter talem Franchisiam datam dicte terre Fluminis et nundinas concessas non patiatur facte fuerunt infrascripte constitutiones et prouisiones videlicet

Primo quod quilibet ciuis habitans in dicta terra Fluminis soluere debeat datium et mutam pro omnibus et singulis mercancijs et rebus uelut soluebant ante praescriptam Franchisiam

Item quod quilibet forensis siue aduena cuiusuis condictionis existat siue habitet in dicta terra Fluminis siue non teneatur soluere datium et mutam tam omnium et singularum mercantiarum et rerum quas conducet ad dictam terram Fluminis siue eius districtu quam illarum quas extrahet videlicet in conducendo ducatos duos cum dimidio et totidem in extrahendo Et hoc intelligatur solum de mercancijs et rebus que conducentur per mare aut extrahentur

Item quod si qua persona forensis uel aduena volens habere et uti priuilegijs et immunitatibus quas habent et quibus utuntur eius dicte terre Fluminis habitantes in ea vellet se dare in ciuem et habitare in dicta terra Fluminis debeat se praesentare coram domino Capitaneo Iudicibus et consilio dicte terre Fluminis Qui aspecta condicione et considerata intentione volentis se dare in ciuem et habitare ne id faceret ad cautellam dolum siue fraudem pössint ipsum acceptare & refutare

Item quod quilibet forensis siue ciuis qui emet mercancias siue res per mare conductas Alibi quam in dicta terra Fluminis ab aliqua persona uolente defraudare suprascriptum datium siue quod emens uellet ipsum datium defraudare quod tunc et eo casu persona que emeret cuiuscunque condicionis existeret teneatur soluere quinque ducatos pro centenario mercanciarum siue rerum taliter emptarum datiario praelibati Magnifici domini Quam fraudationem judicare perspicere et examinare debeant et valeant praefati dominus Capitaneus Iudices consilium et datiarius dicte terre Fluminis

Suprascriptas Franchisiam immunitatem et nundinas obtinuerunt Iudices Consilium Et comunitas praedicte terre Fluminis mediante fauore auxilio et suffragio circumspecti ac generosi millitis domini Iohannis Reychenburger dignissimi Capitanei Duini et Crassie ac locum tenentis praelibati domini de Balsse Et proclamata fuerunt omnia & singula suprascripta per Iohannem publicum praeconem in platea de mandato et consensu praedicti domini Iohannis et generosorum virorum domini Iacobi Raunacher capitanei dicte terre Fluminis domini Iohannis obeimburger Capitanei prem et domini Tome Elachar Capitanei Sinoxechij Die XXVII mensis Maij. Franchisia incipere debet in die Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro Et nundine de anno proxime futuro. Deo gratias Amen.

Pro Iudice Nicolao & Adam contra Cocianum de los

Die XXVIIII mensis Madij in littore maris ante portam terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iohanne lisiçich Veneciano de Cregnino ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uo-

catis & rogatis ac alijs Ibique Cocianus de los sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iudici Nicolao micolich & Ade Antonij de Firmo praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus ducatos decem et nouem boni auri & iusti ponderis Et hoc pro oleo habito a dictis creditoribus usque ad festum Sci Viti proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum *(bonorum)* Et si dictus debitor in praefato termino non solueret quod dicti creditores expensis praefati debitoris possint & valeant mittere ad exigendum suprascriptam pecunie quantitatem

Pro Valentino & Quirino Spinçich contra Petrum et Vitum piliparios

Die XXXº mensis Madij In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito matronich Vito sarctore quondam georgij ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis Sci Viti testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus quondam Marci de Segna & Vitus quondam georgij de Schrisa ambo piliparij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Valentino Iurlinouich & Quirino Spinçich praesentibus stipullantibus & respondentibus pro se suisque heredibus & successoribus libras centum quatuordecim et solidos quinque paruorum Et hoc pro lana nigra habita a dictis creditoribus Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promiserunt praefati debitores suprascriptis creditoribus usque ad festum Sci Viti proxime futurum Sub pena librarum centum cuius pene medietas sit dominij Sub quo peteretur suprascripta pecunia & altera medietas suprascriptorum creditorum cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

*) Cancellato con in margine la nota: „1444 Die XXVI mensis Iunij cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate Valentini creditoris praesentibus Vito Matronich Vito sarctore testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“.

neri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quinquaginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro vna domo vendita praefato debitori a dicto creditore que domus olim fuit Christofori Sadgnidam Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori tantum ferrum bonum mercimoniale in dicta terra Fluminis quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem denariorum in ratione quatuordecim ducatorum pro singulo miliario usque ad festum Sci Martini proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Georgio de otocacio contra Chirinum spinçich

Die XV° mensis Iullij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus domino presbytero Curilo plebano cersati presbytero Georgio plesiuaç capelano cersati testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quirinus spinçich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Georgio çiuich de otocacio ducatos quinquaginta nouem boni auri & iusti ponderis Et hoc pro animalibus habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad diem decimam octavam mensis Augusti proxime futuri Sub pena quarti hoc pacto quod si praefatus non solueret in suprascripto termino quod elapso dicto termino stet in dicta terra Fluminis quousque soluerit supradictum debitum cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.**)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1444 die VII.o mensis decembris cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate Ade creditoris praesentibus Iudice Vito matronich et Martino çaninich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi“

**) Cancellato, con la nota: „1444 die XVI mensis Augusti cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Nicolao quondam Cusme de Albona & Chirino filio Iudicis Viti çouanich testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

INTERDICTIO SER IOHANNIS & SER ANTONIJ DE CHERSO

Die XVII mensis Iulij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione Iudicis Nicolai micolich Coram Iudicibus & consilio Comparuerunt Nobiles viri Ser Iohannes de bochina & Ser Antonius de bochina de Cherso tanquam procuratores asserti uxorum suarum dicentes qualiter vigore testamenti quondam Ser donati callelli de Anchona Medietas omnium & singulorum bonorum quondam Ser donati praedicti pertinet & spectat eorum uxoribus tanquam filiabus & heredibus dicti quondam Ser donati Quapropter interdicunt medietatem dictorum bonorum ac sequestrant atque contradicunt quod nulla persona ualeat dictam medietatem bonorum praefatorum attingere aliqua occasione sine eorum licentia siue illius cui hanc causam recomittent dicentes quod sunt prompti & parati nominibus quibus supra stare in Iudicio in dicta terra Fluminis ac parere Iudicio dummodo eis fuerit relatum siue illi aut illis quibus recomittent hanc causam in dicta terra Fluminis Promittentes quod hanc rem siue causam recomittent vni uel pluribus in dicta terra Fluminis cui uel quibus poterit Iudices & consilium causam reuelare & praecipere

Qui Iudices & consilium responderunt quod bona dicti quondam Ser donati sunt in dicta terra Fluminis & ideo ibidem debet esse iudicium Quapropter si qua persona coram eis comparuerit dicti Iudices Iustitiam ministrabunt Ideo aut dicti Ser Antonius & Iohannes remaneant aut aliquem procuratorem siue plures loco eorum qui respondeant in iudicio eo quod ipsi Iudices & consilium non tenentur alicui dare scientiam.

PRO MARTINO AURIFICE CONTRA MENELAUM

Die XXVIII mensis Iulij In Terra Fluminis In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito sarctore quondam Georgij Mateo cersato ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Menelaus Michael de Venetijs habitator parentij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit

contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Martino aurifici ciui dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras viginti paruorum Et hoc pro quadrelis quadraginta habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Et ad maiorem cautelam praefati creditoris Tomas remarius de bucharo se obligauit in solidum cum dicto debitore praefato creditori pro suprascripta pecunia ipsi soluendo ut supra cum obligatione omnium suorum bonorum Pena autem suprascripta soluta uel non &c*)

Pro Iudice Nicolao Adam & Acatio

Die vltimo mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Stefano blasinich Aggabito diraçich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iurlinus seydel de labaco vice ac nomine Acatij de Stayn eius sororij per se & suos heredes promisit & se obligauit dare & consignare Iudici Nicolao micolich & Ade Antonij de Firmo praesentibus & pro se suisque heredibus stipullantibus quadraginta miliaria ferri boni & mercimonialis in dicta terra Fluminis per terminos infrascriptos videlicet miliaria viginti usque ad festum Sci Martini proxime futurum & alia viginti miliaria usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum in ratione ducatorum quatuordecim pro singulo miliario Pro qua quidem ferri quantitate dictus Acatius accipere debet oleum a dicto Iudice Nicolao & Adam pro illo precio quo ipsi vendent alijs mercatoribus Pro quibus omnibus sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obli-

*) Cancellato, con in margine la nota: „1450 die XVIII mensis Nouembris cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus domino presbytero Iohanne arcidiacono domino presbytero Gaspare plebano testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

gauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.*)

Pro plebano Cregnini contra Iudicem Damianum

Die vitimo mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Iurcho de dreuenico Georgio filio Iudicis Stefani ruseuich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Damianus quondam Matei per se suosque heredes sponte promisit & se obligauit dare & soluere venerabili viro domino presbytero Mateo plebano Cregnini praesenti & pro se suisque heredibus *(stipulanti)* ualorem siue precium vnius calicis qui fuit in pignere apud Iudicem Mateum de bucharo siue ipsum calicem usque ad vindimias proxime futuras et si non dederit calicem dare debet vinum nouum pro precio quo vendetur in dicta terra Fluminis admodum tantum quantum ascendat ad ualorem dicti calicis cum obligatione omnium suorum bonorum

Pro Iohanne bono contra Iagnaç

Die XIIII mensis Augusti In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Paulo Enrici de Arimino Iohanne de Segna marinario habitatore Venetiarum testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes dictus Iagnaç sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iohanni bono de spalatro habitatori Venetiarum libras viginti quinque et solidos sexdecim nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque per totum mensem septembris proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Hoc pacto quod quandocunque prae-

*) Cancellato con la nota: „1445 die secundo octobris cancellatum fuit praesens Instrumentum de voluntate partium Crestolo Silçich & bencho fornario testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi“

fatus creditor veniret uel mitteret pro dicto debito exigendo elapso dicto termino & dictus debitor non solueret quod tunc praelibatus creditor siue eius nuncius stare debeat expensis dicti debitoris usque ad integram satisfactionem suprascripti debiti.

Accordatio famuli pro suprascripto

Die ultrascripto In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Quirino spinçich Toscano quondam Çanobij ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Leonardus filius Iohannis banni de Castua non vi non metu sed sua spontanea voluntate se obligauit & concordauit ad standum & seruiendum tribus annis continuis proxime futuris Iohanni bono de Spalato habitatori Venetiarum his pactis & condicionibus quod dictus Leonardus teneatur & debeat bene & diligenter & fideliter ipsi seruire ac ipsi obedire tanquam patrono suo toto tempore praedicto trium annorum & dictus Iohannes teneatur & debeat dare dicto Leonardo vitum & vestitum & calceatum honestum & in capite trium annorum dare & soluere dicto Leonardo libras quadraginta paruorum pro suo salario Promittens vna pars alteri omnia & singula suprascripta attendere & obseruare cum obligatione omnium suorum bonorum

Prc filijs Georgij molendinarij

Die XVI mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Luca Samburich Georgio quondam Antonij molendinario ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Antonius et Bencho fratres & filij quondam Georgij molendinarij dederunt libertatem Magistro Milasino calafato praesenti quod possit domum ipsorum positam in dicta terra Fluminis Locare & affictare prout ipsi Milasino videbitur & ipsam facere aptare super affictu dicte domus & ipsum affictum recipere Promittens dicti fratres habere firmum & ratum quicquid dictus Milasinus in predictis fecerit

Pro Toma barbitonsore & dominico dicto domina-ua de capisolo

Die XVI mensis Augusti In Statione infrascripti Magistri Tome barbitonsoris praesentibus presbytero Iohanne de Barberio Quirino filio Iudicis Viti çouanich de Flumine testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique dominicus quondam Matei cherpunich de Capisolo tanquam plegius & fideiussor Petri sipaç de Castro Muschlo se obliqauit ad dandum & soluendum magistro Tome quondam Iohannis barbitonsori habitatori dicte terre Fluminis ducatos quindecim boni auri & iusti ponderis eo quod dictus Magister Tomas debet ipsi mederi. Qui Petrus promisit praefatum dominicum seruare indemnem a suprascripta plegiaria seu fideiussione cum obligatione omnium suorum bonorum

Procura domine Limpe uxoris Marci de Cherso in Marinam uxorem luce oslich

Die XVI mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Chirino filio Iudicis Viti Çouanich Martino çaninich Iohanne marnich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique domina Limpa uxor Marci Rauani de cherso omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit ordinauit Marinam uxorem Luce oslich praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suam ueram & legitimam procuratricem actricem factricem et certam nunciam specialem praesertim ad petendum exigendum & recuperandum a Iohanne loiica pilipario omnem & singulam pecunie quantitatem res & quecunque alia quae quomodocunque ipsi statuenti dare teneatur Et de per eam receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs *(faciendum)* Et ad comparendum si opus fuerit coram regimine dicte terre Fluminis & quocunque alio Iudice Ad agendum petendum respondendum libellos & peticiones dandum & recipiendum testes & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia &c Dans &c Promittens &c

Pro Ser Gregorio Morganich de Iadra

Die XVII mensis Augusti In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Stefano ruseuich Iudice Mauro Vidonich Iudice Nicolao micolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Damianus quondam Matei de Iadra per se suosque heredes & successores dixit asseruit & confessus fuit qualiter domus cum Stuba in quibus ad praesens habitat Ser Antonius quondam Simonis de terentijs posita in dicta terra Fluminis iuxta Malgaritam posniçichieuam ab vno latere & iuxta uiam publicam a 2obus lateribus ac alios confines cum omnibus & singulis iuribus habentijs & pertinentijs suis Et vinea posita in Coxala iuxta Blasutam & Iudicem Vitum quondam Ser Matchi & viam publicam ac alios confines cum omnibus & singulis iuribus habentijs & pertinentijs suis Et ortus positus in loco dicto Malinschiçich iuxta iura ecclesie Sce Marie & viam publicam cum omnibus Iuribus habentijs & pertinentijs suis fuerunt & sunt bona propria Nobilis viri Ser Gregorij morganich de Iadra Idcirco praefatus Iudex Damianus per se suosque heredes & successores dedit tradidit & designauit in iure proprio & perpetuo suprascriptas possessiones videlicet domum vineam & ortum Ser Georgio quondam Flori praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine praefati Ser Gregorij eiusque heredum & successorum Ad habendum tenendum possidendum & quicquid dicto Ser Georgio eiusque heredibus & successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus & singulis quae in praedictos continentur confines uel alios si qui forent et cum omni iure usu seu requisitione dicto Iudici Damiano ex eis uel pro eis rebus aut ipsis rebus datis traditis & designatis ut supra quomodocunque spectantibus & pertinentibus.

Locatio Ser Gregorij morganich in Iudicem damianum

Vltrascriptis die loco ac testibus Ser Georgius quondam Flori morganich de Iadra vice ac nomine Nobilis Viri Ser Gregorij morganich de Iadra pro quo promisit de rato & rati habitatione de omnibus & singulis infrascriptis dedit tradidit & locauit ad usufructuandum Iudici

damiano quondam Ser Matei de Iadra habitatori dicte terre Fluminis usque ad voluntatem praedicti Ser Gregorij domum cum Stuba in quibus ad praesens habitat Ser Antonius quondam Simonis de terentijs de pensauro positam in dicta terra Fluminis et vnam vineam positam in coxala et vnum ortum positum in loco dicto Malinschijç quas possessiones dictus Iudex Damianus usque ad praesentem diem tenuit & usufructuauit Hac condicione et pacto quod dictus Iudex Damianus teneatur & debeat dictas possessiones bene & diligenter laborare gubernare et in culmo tenere de usufructibus ipsarum possessionum Quas quidem possessiones dictus Iudex Damianus possit & valeat tenere & usufructuare quousque Placuerit praelibato Ser Gregorio siue eius heredibus et ipsorum fuerit voluntas Et quod praedictus Iudex Damianus non possit nec valeat dictas possessiones vendere nec alienare nisi solummodo usufructuare usque ad voluntatem praetacti Ser Gregorij siue eius heredum Promittens vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attendere & obseruare cum obligatione omnium suorum bonorum

Pro Ançe maçach contra Iudicem Mateum

Vltrascriptis die ac loco praesentibus domino presbytero Iohanne plebano Laurane Iurlino Crouath de Stayn Michaele Cos de lach testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iohanni Maçach de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos decem et septem boni auri & iusti ponderis Et hoc pro vomeribus habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum beatorum Apostolorum Petri & Pauli proxime futurum siue nuncio dicti creditoris Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Mateo Soster de lach contra Iudicem Mateum

Vltrascriptis Die loco ac testibus Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Mateo Soster de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos octoaginta sex boni auri & iusti ponderis Et hoc pro ferro habito a praefato creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad quatuor annos proxime futuros videlicet singulo anno quartam partem Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pacta Bartolomei Matiucij de Firmo cum factore Matchi Vidaç

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Georgio filio Iudicis Stefani Georgio carpentario quondam demetrij Iohanne strich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes de Viena famulus Matchi Vidaç cl (?) vice ac nomine dicti Matchi promisit & se obligauit dare & consignare in dicta terra Fluminis Bartolomeo Matiucij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus Miliaria quadraginta ferri boni & mercimonialis in ratione ducatorum quatuordecim pro singulo miliario usque ad festum Sce Marie proxime futurum His pactis & condicionibus quod dictus Bartolomeus dare debet dicto Iohanni nomine ut supra ad praesens ducatos centum auri quos quidem dictus Iohannes fuit confessus & contentus se habuisse ac recepisse a dicto Bartolomeo Et ducatos centum auri usque ad festum Sci Martini proxime futurum Et miliaria septem olei in ratione ducatorum quadraginta quatuor olei Et quicquid residui fuerit ad summam dicte quantitatis ferri dare & soluere debeat praefatus Bartolomeus usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1445 die XXI mensis Aprilis cancelatum fuit praesens Instrumentum pactorum de voluntate ambarum

Protestus Abbatis a prelucha

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Rafaele de Fossambruno Valentino Iurlinouich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Coram Iudice Mateo quondam Ser donati Comparuit Venerabilis Abbas Sci Iacobi a prelucha asserens & dicens qualiter Iohannes merçarius habuit eius domum ad affictum & ipsam non coperuit sicut tenebatur vnde trabes sunt fetide et etiam ob hanc causam perdidit squartadicias centum quas emerat Quapropter omnibus illis remedijs quibus melius fieri potest dictus dominus Abbas protestatus fuit contra praefatum Iohannem licet absentem ducatos sex auri & expensas secutas & secuturas

Protestus Georgij habitatoris Venetiarum

Die XVII mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Iurcho de drevenico Blasio dicto Blasuth ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Iudice Stefano blasinich Comparuit Georgius quondam Alegreti de Iadra habitator Venetiarum asserens & dicens qualiter Iohannes Ielenchouich de Bucharo accusauit & inculpauit ipsum quod acceperit sibi violenter aliquas res Qua propter non potest recedere a terra Fluminis Quod sibi redundat in maximum damnum & detrimentum eo quod habeat super Splagia dicte terre Fluminis barcham cum marinarijs Idcirco protestatus fuit ipse Georgius contra & aduersus dictum Iohannem licet absentem singulo die ducatos tres auri & omne damnum quod sequeretur ob hanc causam ac etiam expensas secutas & secuturas Quem protestum praefatus Iudex admisit inquantum de iure tenetur et debet et aliter non

Pro Michaele chos contra Quirinum glauinich

Die XX mensis Augusti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Teodoro qm

---

partium praesentibus Biasio dicto blasolo carpentario et Petro sarctore de Iadra ad praesens habitatoribus terre Fluminis Sci Viti testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi"

dominici testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quirinus glauinich per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Michaeli chos de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quindecim boni auri & iusti ponderis et solidos triginta Et hoc pro clauis quos habuit Iudex Damianus quondam Matei Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Michaelis proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Procura domini Iohannis de Valentinis

Die XXo mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Petro glauinich Vito Sarctore quondam georgij Georgio mladonich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis miles dominus Iohannes de Valentinis de Venetijs ciuis Iustinopolis omni via modo iure & forma quibus magis melius ac efficacius fieri potest fecit constituit creauit & ordinauit prouidum virum Ser Danadunch ciuem Iustinopolis absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti quomodocunque tam denarios quam alias res et de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad locandum & affictandum omnes & singulas dicti constituentis possessiones & precium ipsorum affictuum siue locationum exigendum & recipiendum Et ad comparendum si opus fuerit coram domino potestate Iustinopolis & alio quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones

*) Cancellato, con in margine la nota: „1444 die VI.to mensis octobris cancelatum & aboletum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Ser Antonio de terentijs & Magistro Toma barbitonsore testibus &c — Ego Antonius cancellarius scripsi“

dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes scripturas &c sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum &c

PACTA ÇERSATI CUM PETRO SLACTICH

Die XXII mensis Augusti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Teodoro quondam dominici Vito sarctore quondam georgiji testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus Slachtich se obligauit et concordauit cum Mateo cersato quod debeat cum ipso accedere ad insulam arbensem ad piscandum & alio si opus fuerit cum Sagena hac condicione & pacto quod dictus Mateus soluere debet valles Sagenam unam uel duas dare & vnam barcham et dictas valles siue loca in quibus piscabuntur Sagenam vnam uel duas et unam barcham solum suis expensis et habere solummodo medietatem Lucri & alteram medietatem habere debet dictus Petrus cum socio qui pertrahent Sagenam vnam uel plures Et dictus petrus teneatur & debeat obedire dicto Mateo in his quae meliora videbuntur pro societate usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum Promittens vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attendere & obseruare Sub pena librarum quinquaginta cuius pene medietas sit & esse debeat domini siue Regiminis sub quo fieret aut verteretur lis super praedicta & Altera medietas partis obseruantis cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

PRO MARTINO RAUNACHER

Die XXVIII mensis Augusti in domo habitationis infrascripte done dobriçe praesente Iudice Vito quondam Matchi dona dobriça uxor Ser Castelini de Pensauro fuit contenta quod Bona que generosus Miles dominus Martinus Raunacher videlicet Muraleas positas iuxta Suetinam & Muraleam iuxta Petrum glauinich & vineam siue pastinum positum ad braidam sequestrauit & interdixit de anno praesenti die septimo mensis Iulij Coram Regimine terre Fluminis Sci Viti vti

constat in actis mei notarij infrascripti sint dicto domino Martino in pignere pro denarijs quos ipse habere debet a dicto Ser Castelino

PROCURA GEORGIJ FILACANOUO IN IURAÇ

Die primo mensis septembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Nobili viro Ser Antonio quondam Simonis de Terentijs de Pensauro Petropaulo quondam Pauli de Fuligno ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius Filacanouo quondam Martini habitator Venetiarum omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Georgium sarctorem quondam Stefani absentem sed tanquam praesentem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a Gulielmo quondam Antonij de Bergamo habitatore Albone omnem & singulam pecunie quantitatem res & quaecunque alia que quomodocunque ipsi costituenti dare teneretur & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendum cum solemnitatibus necessarijs *(faciendum)* Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes scripturas & alia jura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

PROCURA FRANCISCI ÇICARELI IN GEORGIUM DE ORTONA

Die septimo mensis septembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito rosso Iudice Mauro Vidonich Rafaele de Fossambruno testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Franciscus Cichareli de Ortona omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Georgium bucij Iacobi cete de ortona absentem sed tanquam presentem suum verum & legitimum procuratorem

actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti in dicta terra Fluminis tam denarios quam alias res & de per eum receptis finem dimissionęm quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs . . . .

Procura Ser Iohannis de Francia

Die octauo mensis septembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Cosma radolich Antonio rossouich Iohanne marnich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis vir Iohannes de Vararijs de Francia omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit prouidos viros Tomam Antonij Marcheti Gabrielem lipacij & Bartolomeum Antonij omnes de Firmo & quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis conditio melior non existat sed quod vnus inceperit alius siue alij mediare & finire valeant absentes sed tanquam presentes suos ueros & legitimos procuratores actores factores & certos nuntios speciales praesertim ad exigendum & recuperandum a Çilio cicareli de portu Firmi omnem & singulam pecunie quantitatem quam quomodocunqve ipsi constituenti dare teneretur & de per eos siue alium ipsorum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes scripturas & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et Ad appellandum & appellationes persequendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda &c Dans &c Promittens &c

Pro Voricho contra Iudicem Mateum

Die octauo mensis septembris In terra Fluminis In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Vito

rosso Iudice Mauro Vidonich Ser Ançelino bonfiolo de Florentia omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Vorichio Pilipario de labaco praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum et septuaginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro resto & saldo omnium & singularum suarum rationum Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori vsque ad quatuor annos proxime futuros Sub pena quarti videlicet singulo anno quartam partem dicte quantitatis pecunie cum obligatione omnium suorum bonorum Hac tamen condicione quod dictus debitor teneatur & debeat cuilibet ostentanti hoc instrumentum dare & soluere dictam quantitatem pecunie Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Testificatio Magistri Tome barbitonsoris.

Die quarto mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti Coram Spectabili Viro domino Iacobo Raunacher Iudicibus & consilio terre Fluminis constitutus Magister Thomasius quondam Iohannis salariatus comunis dicte terre Fluminis testis productus coram suprascriptis dominis Ad petitionem seu requisitionem Nicolai fachini de Cherso tanquam nuncij generosi Viri domini Bernardi nani comitis honorabilis Chersi et Auseri et examinatus delato eidem prius sacramento de veritate dicenda manibus tactis scripturis remotis omnibus sacramento obstantibus Lecta prius eiusdem Intentione suprascripti domini comitis dixit et testificatus fuit qualiter Petrus Sipaç de Capisulo qui obijt in dicta terra Fluminis eius iudicio per sacramentum quod fecit non est mortuus de vulneribus lapidis in fronte nec eorum causa unquam jacuisset Sed de vulnere cum ense facto eidem in capite quod vulnus ensis eius iudicio fuit principium et causa mortis prelibati Petri eo quod dubitat quod sanguis dicti vulneris decurserit ad inferiora Nam dictus Petrus habuit vulnera in sinistro brachio

per se facta & pedibus tantam fundentia putredinem quod non solum ipsi sed alijs medicis qui ea viderunt mirabile visum fuit. Super generalibus interrogatus recte respondit

PROCURA IN FRANCISCUM FABRUM

Die sexto mensis octobris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione Iudicis Nicolai micolich praesentibus Iudice Stefano blasinich Iudice Stefano ruseuich Iudice Tonsa quondam Ser Nicole testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Gregorius filius Andree Sudeuich de Iuançe omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Franciscum fabrum quondam Martini presentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad Comparendum Coram Magnifico domino nostro de Valse ac omnibus & singulis eius rectoribus & officialibus ac ceteris omnibus & singulis dominis alijs ac iudicibus in lite siue placito que habet uel habiturus est cum quacunque persona occasione porcorum LXXa acceptorum in territorio dicte terre Fluminis contra omne iuris debitum per Iacobum Bolfin Capitaneum Cersati nulla praeueniente causa Ad agendum petendum respondendum libellos querellas & petitiones dandum & recipiendum testes & alia iura sua producendum damna interesse & expensas petendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti tam denarios quam alias res Et de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

PRO GEORGIO AROMATARIO DE TERGESTO CONTRA DOMINICUM DEL DUCHA DE VEGLA

Die septimo mensis octobri In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Antonio eius filio ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique dominicus de ducha de Vegla sponte

neri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quinquaginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro vna domo vendita praefato debitori a dicto creditore que domus olim fuit Christofori Sadgnidam Pro qua quidem pecunie quantitate dare & consignare promisit dictus debitor praefato creditori tantum ferrum bonum mercimoniale in dicta terra Fluminis quantum ascendat ad suprascriptam quantitatem denariorum in ratione quatuordecim ducatorum pro singulo miliario usque ad festum Sci Martini proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Georgio de otocacio contra Chirinum spinçich

Die XV̊ mensis Iullij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus domino presbytero Curilo plebano cersati presbytero Georgio plesiuaç capelano cersati testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quirinus spinçich sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Georgio çiuich de otocacio ducatos quinquaginta nouem boni auri & iusti ponderis Et hoc pro animalibus habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad diem decimam octavam mensis Augusti proxime futuri Sub pena quarti hoc pacto quod si praefatus non solueret in suprascripto termino quod elapso dicto termino stet in dicta terra Fluminis quousque soluerit supradictum debitum cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.**)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1444 die VII.o mensis decembris cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate Ade creditoris praesentibus Iudice Vito matronich et Martino çaninich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi“

**) Cancellato, con la nota: „1444 die XVI mensis Augusti cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Nicolao quondam Cusme de Albona & Chirino filio Iudicis Viti çouanich testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

Interdictio Ser Iohannis & Ser Antonij de Cherso

Die XVII mensis Iulij In Terra Fluminis Sci Viti In Statione Iudicis Nicolai micolich Coram Iudicibus & consilio Comparuerunt Nobiles viri Ser Iohannes de bochina & Ser Antonius de bochina de Cherso tanquam procuratores asserti uxorum suarum dicentes qualiter vigore testamenti quondam Ser donati callelli de Anchona Medietas omnium & singulorum bonorum quondam Ser donati praedicti pertinet & spectat eorum uxoribus tanquam filiabus & heredibus dicti quondam Ser donati Quapropter interdicunt medietatem dictorum bonorum ac sequestrant atque contradicunt quod nulla persona ualeat dictam medietatem bonorum praefatorum attingere aliqua occasione sine eorum licentia siue illius cui hanc causam recomittent dicentes quod sunt prompti & parati nominibus quibus supra stare in Iudicio in dicta terra Fluminis ac parere Iudicio dummodo eis fuerit relatum siue illi aut illis quibus recomittent hanc causam in dicta terra Fluminis Promittentes quod hanc rem siue causam recomittent vni uel pluribus in dicta terra Fluminis cui uel quibus poterit Iudices & consilium causam reuelare & praecipere

Qui Iudices & consilium responderunt quod bona dicti quondam Ser donati sunt in dicta terra Fluminis & ideo ibidem debet esse iudicium Quapropter si qua persona coram eis comparuerit dicti Iudices Iustitiam ministrabunt Ideo aut dicti Ser Antonius & Iohannes remaneant aut aliquem procuratorem siue plures loco eorum qui respondeant in iudicio eo quod ipsi Iudices & consilium non tenentur alicui dare scientiam.

Pro Martino aurifice contra Menelaum

Die XXVIII mensis Iulij In Terra Fluminis In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Vito sarctore quondam Georgij Mateo cersato ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Menelaus Michael de Venetijs habitator parentij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit

contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Martino aurifici ciui dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras viginti paruorum Et hoc pro quadrelis quadraginta habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Et ad maiorem cautelam praefati creditoris Tomas remarius de bucharo se obligauit in solidum cum dicto debitore praefato creditori pro suprascripta pecunia ipsi soluendo ut supra cum obligatione omnium suorum bonorum Pena autem suprascripta soluta uel non &c*)

Pro Iudice Nicolao Adam & Acatio

Die vltimo mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Stefano blasinich Aggabito diraçich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iurlinus seydel de labaco vice ac nomine Acatij de Stayn eius sororij per se & suos heredes promisit & se obligauit dare & consignare Iudici Nicolao micolich & Ade Antonij de Firmo praesentibus & pro se suisque heredibus stipullantibus quadraginta miliaria ferri boni & mercimonialis in dicta terra Fluminis per terminos infrascriptos videlicet miliaria viginti usque ad festum Sci Martini proxime futurum & alia viginti miliaria usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum in ratione ducatorum quatuordecim pro singulo miliario Pro qua quidem ferri quantitate dictus Acatius accipere debet oleum a dicto Iudice Nicolao & Adam pro illo precio quo ipsi vendent alijs mercatoribus Pro quibus omnibus sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obli-

---

*) Cancellato, con in margine la nota: „1450 die XVIII mensis Nouembris cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus domino presbytero Iohanne arcidiacono domino presbytero Gaspare plebano testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

gauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura.*)

Pro plebano Cregnini contra Iudicem Damianum

Die vitimo mensis Iulij In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Iurcho de dreuenico Georgio filio Iudicis Stefani ruseuich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Damianus quondam Matei per se suosque heredes sponte promisit & se obligauit dare & soluere venerabili viro domino presbytero Mateo plebano Cregnini praesenti & pro se suisque heredibus *(stipulanti)* ualorem siue precium vnius calicis qui fuit in pignere apud Iudicem Mateum de bucharo siue ipsum calicem usque ad vindimias proxime futuras et si non dederit calicem dare debet vinum nouum pro precio quo vendetur in dicta terra Fluminis admodum tantum quantum ascendat ad ualorem dicti calicis cum obligatione omnium suorum bonorum

Pro Iohanne bono contra Iagnaç

Die XIIII mensis Augusti In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Paulo Enrici de Arimino Iohanne de Segna marinario habitatore Venetiarum testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes dictus Iagnaç sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iohanni bono de spalatro habitatori Venetiarum libras viginti quinque et solidos sexdecim nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque per totum mensem septembris proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Hoc pacto quod quandocunque prae-

*) Cancellato con la nota: „1445 die secundo octobris cancellatum fuit praesens Instrumentum de voluntate partium Crestolo Silçich & bencho fornario testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs — Ego Antonius cancellarius scripsi“

fatus creditor veniret uel mitteret pro dicto debito exigendo elapso dicto termino & dictus debitor non solueret quod tunc praelibatus creditor siue eius nuncius stare debeat expensis dicti debitoris usque ad integram satisfactionem suprascripti debiti.

Accordatio famuli pro suprascripto

Die ultrascripto In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Quirino spinçich Toscano quondam Çanobij ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Leonardus filius Iohannis banni de Castua non vi non metu sed sua spontanea voluntate se obligauit & concordauit ad standum & seruiendum tribus annis continuis proxime futuris Iohanni bono de Spalato habitatori Venetiarum his pactis & condicionibus quod dictus Leonardus teneatur & debeat bene & diligenter & fideliter ipsi seruire ac ipsi obedire tanquam patrono suo toto tempore praedicto trium annorum & dictus Iohannes teneatur & debeat dare dicto Leonardo vitum & vestitum & calceatum honestum & in capite trium annorum dare & soluere dicto Leonardo libras quadraginta paruorum pro suo salario Promittens vna pars alteri omnia & singula suprascripta attendere & obseruare cum obligatione omnium suorum bonorum

Pro filijs Georgij molendinarij

Die XVI mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Luca Samburich Georgio quondam Antonij molendinario ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Antonius et Bencho fratres & filij quondam Georgij molendinarij dederunt libertatem Magistro Milasino calafato praesenti quod possit domum ipsorum positam in dicta terra Fluminis Locare & affictare prout ipsi Milasino videbitur & ipsam facere aptare super affictu dicte domus & ipsum affictum recipere Promittens dicti fratres habere firmum & ratum quicquid dictus Milasinus in predictis fecerit

Pro Toma barbitonsore & dominico dicto domina-ua de capisolo

Die XVI mensis Augusti In Statione infrascripti Magistri Tome barbitonsoris praesentibus presbytero Iohanne de Barberio Quirino filio Iudicis Viti çouanich de Flumine testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique dominicus quondam Matei cherpunich de Capisolo tanquam plegius & fideiussor Petri sipaç de Castro Muschlo se obliqauit ad dandum & soluendum magistro Tome quondam Iohannis barbitonsori habitatori dicte terre Fluminis ducatos quindecim boni auri & iusti ponderis eo quod dictus Magister Tomas debet ipsi mederi. Qui Petrus promisit praefatum dominicum seruare indemnem a suprascripta plegiaria seu fideiussione cum obligatione omnium suorum bonorum

Procura domine Limpe uxoris Marci de Cherso in Marinam uxorem luce oslich

Die XVI mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Chirino filio Iudicis Viti Çouanich Martino çaninich Iohanne marnich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique domina Limpa uxor Marci Rauani de cherso omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit ordinauit Marinam uxorem Luce oslich praesentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suam ueram & legitimam procuratricem actricem factricem et certam nunciam specialem praesertim ad petendum exigendum & recuperandum a Iohanne loiica pilipario omnem & singulam pecunie quantitatem res & quecunque alia quae quomodocunque ipsi statuenti dare teneatur Et de per eam receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs *(faciendum)* Et ad comparendum si opus fuerit coram regimine dicte terre Fluminis & quocunque alio Iudice Ad agendum petendum respondendum libellos & peticiones dandum & recipiendum testes & alia iura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter ad omnia alia &c Dans &c Promittens &c

Pro Ser Gregorio Morganich de Iadra

Die XVII mensis Augusti In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Stefano ruseuich Iudice Mauro Vidonich Iudice Nicolao micolich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Damianus quondam Matei de Iadra per se suosque heredes & successores dixit asseruit & confessus fuit qualiter domus cum Stuba in quibus ad praesens habitat Ser Antonius quondam Simonis de terentijs posita in dicta terra Fluminis iuxta Malgaritam posniçichieuam ab vno latere & iuxta uiam publicam a 2obus lateribus ac alios confines cum omnibus & singulis iuribus habentijs & pertinentijs suis Et vinea posita in Coxala iuxta Blasutam & Iudicem Vitum quondam Ser Matchi & viam publicam ac alios confines cum omnibus & singulis iuribus habentijs & pertinentijs suis Et ortus positus in loco dicto Malinschiçich iuxta iura ecclesie Sce Marie & viam publicam cum omnibus Iuribus habentijs & pertinentijs suis fuerunt & sunt bona propria Nobilis viri Ser Gregorij morganich de Iadra Idcirco praefatus Iudex Damianus per se suosque heredes & successores dedit tradidit & designauit in iure proprio & perpetuo suprascriptas possessiones videlicet domum vineam & ortum Ser Georgio quondam Flori praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine praefati Ser Gregorij eiusque heredum & successorum Ad habendum tenendum possidendum & quicquid dicto Ser Georgio eiusque heredibus & successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus & singulis quae in praedictos continentur confines uel alios si qui forent et cum omni iure usu seu requisitione dicto Iudici Damiano ex eis uel pro eis rebus aut ipsis rebus datis traditis & designatis ut supra quomodocunque spectantibus & pertinentibus.

Locatio Ser Gregorij morganich in Iudicem damianum

Vltrascriptis die loco ac testibus Ser Georgius quondam Flori morganich de Iadra vice ac nomine Nobilis Viri Ser Gregorij morganich de Iadra pro quo promisit de rato & rati habitatione de omnibus & singulis infrascriptis dedit tradidit & locauit ad usufructuandum Iudici

damiano quondam Ser Matei de Iadra habitatori dicte terre Fluminis usque ad voluntatem praedicti Ser Gregorij domum cum Stuba in quibus ad praesens habitat Ser Antonius quondam Simonis de terentijs de pensauro positam in dicta terra Fluminis et vnam vineam positam in coxala et vnum ortum positum in loco dicto Malinschijç quas possessiones dictus Iudex Damianus usque ad praesentem diem tenuit & usufructuauit Hac condicione et pacto quod dictus Iudex Damianus teneatur & debeat dictas possessiones bene & diligenter laborare gubernare et in culmo tenere de usufructibus ipsarum possessionum Quas quidem possessiones dictus Iudex Damianus possit & valeat tenere & usufructuare quousque Placuerit praelibato Ser Gregorio siue eius heredibus et ipsorum fuerit voluntas Et quod praedictus Iudex Damianus non possit nec valeat dictas possessiones vendere nec alienare nisi solummodo usufructuare usque ad voluntatem praetacti Ser Gregorij siue eius heredum Promittens vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attendere & obseruare cum obligatione omnium suorum bonorum

Pro Ançe maçach contra Iudicem Mateum

Vltrascriptis die ac loco praesentibus domino presbytero Iohanne plebano Laurane Iurlino Crouath de Stayn Michaele Cos de lach testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Iohanni Maçach de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos decem et septem boni auri & iusti ponderis Et hoc pro vomeribus habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum beatorum Apostolorum Petri & Pauli proxime futurum siue nuncio dicti creditoris Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Mateo Soster de Lach contra Iudicem Mateum

Vltrascriptis Die loco ac testibus Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Mateo Soster de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos octoaginta sex boni auri & iusti ponderis Et hoc pro ferro habito a praefato creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad quatuor annos proxime futuros videlicet singulo anno quartam partem Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pacta Bartolomei Matiucij de Firmo cum factore Matchi Vidaç

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Georgio filio Iudicis Stefani Georgio carpentario quondam demetrij Iohanne strich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohannes de Viena famulus Matchi Vidaç cl (?) vice ac nomine dicti Matchi promisit & se obligauit dare & consignare in dicta terra Fluminis Bartolomeo Matiucij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus Miliaria quadraginta ferri boni & mercimonialis in ratione ducatorum quatuordecim pro singulo miliario usque ad festum Sce Marie proxime futurum His pactis & condicionibus quod dictus Bartolomeus dare debet dicto Iohanni nomine ut supra ad praesens ducatos centum auri quos quidem dictus Iohannes fuit confessus & contentus se habuisse ac recepisse a dicto Bartolomeo Et ducatos centum auri usque ad festum Sci Martini proxime futurum Et miliaria septem olei in ratione ducatorum quadraginta quatuor olei Et quicquid residui fuerit ad summam dicte quantitatis ferri dare & soluere debeat praefatus Bartolomeus usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1445 die XXI mensis Aprilis cancelatum fuit praesens Instrumentum pactorum de voluntate ambarum

PROTESTUS ABBATIS A PRELUCHA

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Rafaele de Fossambruno Valentino Iurlinouich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Coram Iudice Mateo quondam Ser donati Comparuit Venerabilis Abbas Sci Iacobi a prelucha asserens & dicens qualiter Iohannes merçarius habuit eius domum ad affictum & ipsam non coperuit sicut tenebatur vnde trabes sunt fetide et etiam ob hanc causam perdidit squartadicias centum quas emerat Quapropter omnibus illis remedijs quibus melius fieri potest dictus dominus Abbas protestatus fuit contra praefatum Iohannem licet absentem ducatos sex auri & expensas secutas & secuturas

PROTESTUS GEORGIJ HABITATORIS VENETIARUM

Die XVII mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Iurcho de drevenico Blasio dicto Blasuth ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Iudice Stefano blasinich Comparuit Georgius quondam Alegreti de Iadra habitator Venetiarum asserens & dicens qualiter Iohannes Ielenchouich de Bucharo accusauit & inculpauit ipsum quod acceperit sibi violenter aliquas res Qua propter non potest recedere a terra Fluminis Quod sibi redundat in maximum damnum & detrimentum eo quod habeat super Splagia dicte terre Fluminis barcham cum marinarijs Idcirco protestatus fuit ipse Georgius contra & aduersus dictum Iohannem licet absentem singulo die ducatos tres auri & omne damnum quod sequeretur ob hanc causam ac etiam expensas secutas & secuturas Quem protestum praefatus Iudex admisit inquantum de iure tenetur et debet et aliter non

PRO MICHAELE CHOS CONTRA QUIRINUM GLAUINICH

Die XX mensis Augusti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Teodoro qm

---

partium praesentibus Biasio dicto blasolo carpentario et Petro sarctore de Iadra ad praesens habitatoribus terre Fluminis Sci Viti testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi"

dominici testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quirinus glauinich per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Michaeli chos de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos quindecim boni auri & iusti ponderis et solidos triginta Et hoc pro clauis quos habuit Iudex Damianus quondam Matei Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Michaelis proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Procura domini Iohannis de Valentinis

Die XXo mensis Augusti In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Petro glauinich Vito Sarctore quondam georgij Georgio mladonich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis miles dominus Iohannes de Valentinis de Venetijs ciuis Iustinopolis omni via modo iure & forma quibus magis melius ac efficacius fieri potest fecit constituit creauit & ordinauit prouidum virum Ser Danadunch ciuem Iustinopolis absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti quomodocunque tam denarios quam alias res et de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad locandum & affictandum omnes & singulas dicti constituentis possessiones & precium ipsorum affictuum siue locationum exigendum & recipiendum Et ad comparendum si opus fuerit coram domino potestate Iustinopolis & alio quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones

*) Cancellato, con in margine la nota: „1444 die VI.to mensis octobris cancelatum & aboletum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Ser Antonio de terentijs & Magistro Toma barbitonsore testibus &c — Ego Antonius cancellarius scripsi“

dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes scripturas &c sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum &c

PACTA ÇERSATI CUM PETRO SLACTICH

Die XXII mensis Augusti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Teodoro quondam dominici Vito sarctore quondam georgiji testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Petrus Slachtich se obligauit et concordauit cum Mateo cersato quod debeat cum ipso accedere ad insulam arbensem ad piscandum & alio si opus fuerit cum Sagena hac condicione & pacto quod dictus Mateus soluere debet valles Sagenam unam uel duas dare & vnam barcham et dictas valles siue loca in quibus piscabuntur Sagenam vnam uel duas et unam barcham solum suis expensis et habere solummodo medietatem Lucri & alteram medietatem habere debet dictus Petrus cum socio qui pertrahent Sagenam vnam uel plures Et dictus petrus teneatur & debeat obedire dicto Mateo in his quae meliora videbuntur pro societate usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum Promittens vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attendere & obseruare Sub pena librarum quinquaginta cuius pene medietas sit & esse debeat domini siue Regiminis sub quo fieret aut verteretur lis super praedicta & Altera medietas partis obseruantis cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

PRO MARTINO RAUNACHER

Die XXVIII mensis Augusti in domo habitationis infrascripte done dobriçe praesente Iudice Vito quondam Matchi dona dobriça uxor Ser Castelini de Pensauro fuit contenta quod Bona que generosus Miles dominus Martinus Raunacher videlicet Muraleas positas iuxta Suetinam & Muraleam iuxta Petrum glauinich & vineam siue pastinum positum ad braidam sequestrauit & interdixit de anno praesenti die septimo mensis Iulij Coram Regimine terre Fluminis Sci Viti vti

constat in actis mei notarij infrascripti sint dicto domino Martino in pignere pro denarijs quos ipse habere debet a dicto Ser Castelino

PROCURA GEORGIJ FILACANOUO IN IURAÇ

Die primo mensis septembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Nobili viro Ser Antonio quondam Simonis de Terentijs de Pensauro Petropaulo quondam Pauli de Fuligno ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Georgius Filacanouo quondam Martini habitator Venetiarum omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Georgium sarctorem quondam Stefani absentem sed tanquam praesentem suum verum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a Gulielmo quondam Antonij de Bergamo habitatore Albone omnem & singulam pecunie quantitatem res & quaecunque alia que quomodocunque ipsi costituenti dare teneretur & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendum cum solemnitatibus necessarijs *(faciendum)* Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum testes scripturas & alia jura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

PROCURA FRANCISCI ÇICARELI IN GEORGIUM DE ORTONA

Die septimo mensis septembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito rosso Iudice Mauro Vidonich Rafaele de Fossambruno testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Franciscus Cichareli de Ortona omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Georgium bucij Iacobi cete de ortona absentem sed tanquam presentem suum verum & legitimum procuratorem

actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti in dicta terra Fluminis tam denarios quam alias res & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs . . . .

Procura Ser Iohannis de Francia

Die octauo mensis septembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Cosma radolich Antonio rossouich Iohanne marnich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis vir Iohannes de Vararijs de Francia omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit prouidos viros Tomam Antonij Marcheti Gabrielem lipacij & Bartolomeum Antonij omnes de Firmo & quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis conditio melior non existat sed quod vnus inceperit alius siue alij mediare & finire valeant absentes sed tanquam presentes suos ueros & legitimos procuratores actores factores & certos nuntios speciales praesertim ad exigendum & recuperandum a Çilio cicareli de portu Firmi omnem & singulam pecunie quantitatem quam quomodocunque ipsi constituenti dare teneretur & de per eos siue alium ipsorum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque Iudice tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes scripturas & alia iura sua producendum sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et Ad appellandum & appellationes persequendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda &c Dans &c Promittens &c

Pro Voricho contra Iudicem Mateum

Die octauo mensis septembris In terra Fluminis In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Vito

rosso Iudice Mauro Vidonich Ser Ançelino bonfiolo de Florentia omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Vorichio Pilipario de labaco praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos centum et septuaginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro resto & saldo omnium & singularum suarum rationum Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori vsque ad quatuor annos proxime futuros Sub pena quarti videlicet singulo anno quartam partem dicte quantitatis pecunie cum obligatione omnium suorum bonorum Hac tamen condicione quod dictus debitor teneatur & debeat cuilibet ostentanti hoc instrumentum dare & soluere dictam quantitatem pecunie Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Testificatio Magistri Tome barbitonsoris

Die quarto mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti Coram Spectabili Viro domino Iacobo Raunacher Iudicibus & consilio terre Fluminis constitutus Magister Thomasius quondam Iohannis salariatus comunis dicte terre Fluminis testis productus coram suprascriptis dominis Ad petitionem seu requisitionem Nicolai fachini de Cherso tanquam nuncij generosi Viri domini Bernardi nani comitis honorabilis Chersi et Auseri et examinatus delato eidem prius sacramento de veritate dicenda manibus tactis scripturis remotis omnibus sacramento obstantibus Lecta prius eiusdem Intentione suprascripti domini comitis dixit et testificatus fuit qualiter Petrus Sipaç de Capisulo qui obijt in dicta terra Fluminis eius iudicio per sacramentum quod fecit non est mortuus de vulneribus lapidis in fronte nec eorum causa unquam jacuisset Sed de vulnere cum ense facto eidem in capite quod vulnus ensis eius iudicio fuit principium et causa mortis prelibati Petri eo quod dubitat quod sanguis dicti vulneris decurserit ad inferiora Nam dictus Petrus habuit vulnera in sinistro brachio

per se facta & pedibus tantam fundentia putredinem quod non solum ipsi sed alijs medicis qui ea viderunt mirabile visum fuit. Super generalibus interrogatus recte respondit

PROCURA IN FRANCISCUM FABRUM

Die sexto mensis octobris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione Iudicis Nicolai micolich praesentibus Iudice Stefano blasinich Iudice Stefano ruseuich Iudice Tonsa quondam Ser Nicole testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Gregorius filius Andree Sudeuich de Iuançe omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Franciscum fabrum quondam Martini presentem & infrascriptum mandatum sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad Comparendum Coram Magnifico domino nostro de Valse ac omnibus & singulis eius rectoribus & officialibus ac ceteris omnibus & singulis dominis alijs ac iudicibus in lite siue placito que habet uel habiturus est cum quacunque persona occasione porcorum LXXª acceptorum in territorio dicte terre Fluminis contra omne iuris debitum per Iacobum Bolfin Capitaneum Cersati nulla praeueniente causa Ad agendum petendum respondendum libellos querellas & petitiones dandum & recipiendum testes & alia iura sua producendum damna interesse & expensas petendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti tam denarios quam alias res Et de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

PRO GEORGIO AROMATARIO DE TERGESTO CONTRA DOMINICUM DEL DUCHA DE VEGLA

Die septimo mensis octobri In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito quondam Matchi Antonio eius filio ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique dominicus de ducha de Vegla sponte

libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere magistro Georgio Malgranelo aromatario ciui tergestino praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti libras octoaginta quatuor paruorum Et hoc pro gladijs habitis a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori in reuersione barcharum veglensium a Venetijs in festo ascensionis domini nostri Ihesu Christi proxime futuro Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Et ad maiorem cautelam praefati creditoris Tomasinus quondam Tome de Caldana de Vegla se constituit plegium & fideiussorem dicto creditori pro suprascripto debito soluendo ut supra cum obligatione omnium suorum bonorum

Locatio Orsole filie Iohannis de Vragna apud Nichlinum

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iudice Vito barulich Chirino çouanich ambobus ciuibus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iohanne chematouich de Vragna sponte dedit & locauit Orsulam filiam suam annorum quinque uel circa Nicolao Raintalar ibidem praesenti & respondenti his pactis & condicionibus quod praefatus Nicolaus dictam Orsulam debeat & teneatur gubernare & corrigere amore dei tanquam filiam suam et maritare tempore debito ut moris est & ipsa orsula debeat dicto Nicolao bene & fideliter seruire tanquam domino suo Quam Orsulam dictus Iohannes recommisit super anima praedicti Nicolai & quod dictus Iohannes ipsam orsulam nullo modo valeat auferre a praefato Nicolao nisi causa adesset tam probabilis quod posset iuridice probari Promittens vna pars alteri adinuicem omnia & singula suprascripta attendere et obseruare Sub pena librarum quinquaginta cuius pene medietas sit & esse debeat partis obseruantis et altera medietas sit regiminis siue dominij sub quo pars non obseruans cogetur ad soluendum dictam penam cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Finis pro Honofrio de Sco Elpidio

Die octauo mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Antonio rossouich Martino Çaninich Laurentio marinario de Vegla omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Tomasinus quondam Tome *[de]* Caldana de Vegla habitator dicte terre Fluminis per se suosque heredes & successores fecit Honofrio quondam Agnoli de Sco Elpidio praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti finem dimissionem transactionem & pactum de vlterius non petendo specialiter de ducatis ducentis et sex auri Et generaliter de omni iure & actione & de omnibus & singulis ad que dictus honofrius praefato Tomasino tenebatur seu teneri poterat occasione alicuius debiti siue rei siue alia quacunque ratione uel causa usque ad presentem diem Et hoc ideo quod dictus Tomasinus fuit contentus & confessus se a dicto Honofrio habuisse ac recepisse ac sibi integre satisfactum fuisse de omnibus debito iure & actione ac omnibus & singulis ad que ipsi tenebatur seu teneri poterat praedictus Honofrius quacunque ratione uel causa usque ad presentem diem Promittens dictus Tomasinus per se suosque heredes & successores praefato Honofrio stipullanti pro se suisque heredibus & successoribus ipsi Honofrio uel suis heredibus litem quaestionem uel controuersiam aliquam occasione praedictorum non inferre nec inferenti consentire Sed potius omnia & singula suprascripta perpetua firma rata & grata habere tenere & non contrafacere uel venire per se uel alium aliqua ratione causa uel ingenio de iure uel de facto Sub pena ducatorum viginti quinque auri stipullatione in singulis capitulis huius contractus solemni promissa Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Procura Ser Antonij de terentijs

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Iacobo mateievich Antonio rossouich Martino aurifice quondam dominici Iohanne marnich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis vir Ser Antonius de terentijs de Pisauro ad praesens habitator

dicte terre Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Ser Iohannem filium generosi millitis domini Nicolai de barnis vicarij ciuitatis Segne et petrumpaulum quondam Pauli de Fuligno absentes sed tanquam praesentes simul & quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis conditio melior non existat sed quod vnus inceperit alter mediare & finire valeat suos veros & legitimos procuratores actores factores & certos nuntios speciales praesertim in omnibus & singulis litibus placitis & controuersijs que uel quos habet siue habiturus est cum Ser Iohanne de Florentia mercatore in regno Appulie seu cum Ser Bernardo Perucij de Florentia occasione milliariorum undecim olei que dictus Bernardus nomine ac vice praedicti Iohannis doni praefato constituenti dare & consignare promisit in Arssia per totum mensem septembris proxime futurum prout constat publico Instrumento scripto manu mei notarij infrascripti de anno praesenti die uero sexto mensis Madij siue alia quacunque ratione uel causa Et ad exigendum & recuperandum a praefatis Iohanne doni & Bernardo dicta vndecim Miliaria Olei omnem & singulam pecunie quantitatem & quamcunque aliam rem quam quomodocunque ipsi constituenti dare teneretur quacunque ex causa et de per eos siue alterum ipsorum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram quocunque rectore Iudice & officiali tam ecclesiastico quam saeculari Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes scripturas & alia iura sua producendum & productis opponendum Sententiam unam uel plures audiendum & eas executioni mandare faciendum Appellandum & appellationes persequendum Et generaliter ad omnia alia & singula dicenda gerenda & procuranda quae in praedictis & circa praedicta & quodlibet praedictorum duxerint facienda & necessaria ac utilia videbuntur que & quemadmodum ipse constituens facere posset si adesset Dans & concedens eisdem procuratoribus suis & cuilibet eorum in solidum in praedictis & circa praedicta & quodlibet praedictorum plenum arbitrium & generale mandatum cum plena libera & generali administratione agendi & exercendi omnia & singula

suprascripta Promittens eisdem procuratoribus suis & cuilibet eorum in solidum ac mihi notario infrascripto tanquam publice persone stipullanti & respondenti vice ac nomine omnium quorum interest uel interesse poterit quicquid per dictos procuratores & quemlibet eorum in solidum actum & factum fuerit perpetuo habiturum firmum & ratum Insuper ipsos & quemlibet eorum in solidum ab omni satisdationis onere releuante Et ex nunc releuans promisit mihi notario ut supra de Iudicio Sisti & Iudicatum soluendo Sub ypoteca & obligatione omnium suorum bonorum

Pro Nichlino contra Ambrosium radolich

Die 9 mensis octobris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Chirino filio Iudicis Viti Çouanich Milasino calafato testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ambrosius radolich per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nicolao Raintalar praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti libras viginti et solidos duodecim paruorum Et hoc pro quadam plegiaria facta pro Mateo cersato Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Martini proxime futurum Et ad maiorem cautelam praefati creditoris dictus Ambrosius eidem obligauit & pro speciali pignere designauit suam vineam positam in Scurigna

Pro plebano castri muschli contra Chisaç

Die XVI mensis octobri In Statione Iudicis Nicolai micolich praesentibus Quirino Spinçich Iohanne dicto Iagnaç testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Quirinus cigantich per se & suos heredes fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere domino presbytero Iohanni plebano Castri muschli praesenti & pro suisque *(sic)* heredibus stipullanti solidos XLta paruorum Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum Sci Nicolai proxime futurum Sub

pena dupli cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Ser Antonio de pisauro & Paulo de Scrisa

Die XVIII mensis octobris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Antonio Ser Santis de pensauro Francisco petri de Fano petro sarctore quondam blasij omnibus ad praesens habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Paulus quondam gregorij de Schrissa promisit & se obligauit dare & consignare in portu dicte terre Fluminis usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum prouido viro Ser Antonio quondam Simonis de terentijs de pisauro quartas quingentas frumenti ad mensuram Schrise pro precio et nomine precij solidorum viginti octo paruorum pro singula quarta Quod frumentum debet esse tale quale fuit illud quod nunc praefatus paulus vendidit in dicta terra Fluminis his pactis & condicionibus quod praedictus Ser Antonius Illico appulso praefato paulo cum frumento debeat & teneatur ipsum paulum expedire quod si dictus Ser Antonius non faceret quod tunc teneatur & debeat ipse Ser Antonius soluere dicto Paulo omnes & singulas expensas damna & interesse Et si praedictus Paulus suprascriptam quantitatem non dederit et consignauerit ut supra quod tunc & eo casu dictus Paulus teneatur e debeat soluere & reficere praedicto Ser Antonio damna & interesse et omnes & singulas expensas quas dictus Ser Antonius faceret tam in eundo et mittendo Schrisam quam aliter in petendo iustitiam aduersus dictum Paulum propter non obseruationem promissionis & obligationis suprascripte Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis & adimplendis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia & singula Sua bona Qui Paulus coram suprascriptis testibus per se & suos heredes fuit contentus & confessus se habuisse ac manualiter recepisse a praelibato Ser Antonio libras quinquaginta paruorum pro ara ac parte solutionis suprascripte quantitatis frumenti dande & consignande per ipsum paulum eidem Ser Antonio ut supra.

Terminus Simoni pilar & Eufemie uxori quondam Magistri Iacobi Venturini de corono

Die XXIII mensis octobris per Spectabilem et generosum virum dominum Iacobum Raunacher honorabilem Capitaneum Iudices et consilium terre Fluminis Sci Viti dederunt & assignauerunt terminum peremptorium Simoni pilar & Eufemie uxori quondam Magistri Iacobi Venturini de Corono in causa quae vertitur inter dictum Simonem & praedictam Eufemiam occasione hereditatis . . . . . uxoris quondam blasij pilar & sororis dicte Eufemie usque ad festum Sci Michaelis de mense septembris proxime futuro et si altera dictarum partium in praescripto termino cum iuribus suis non comparuerit perdet ius suum nec ultra audietur In iure

Pro Capitulo contra presbyterum Georgium Sussich

Die XXVIII mensis octobris In publica platea terre Fluminis Sci Viti Coram Spectabili ac generoso viro domino Iacobo Raunacher Capitaneo ac alijs quampluribus consiliarijs dicte terre Fluminis comparuerunt Presbyter Gaspar cresolich presbyter Iohannes micolich presbyter Vitus scolich & presbyter Antonius Visignich omnes canonici dicte terre Fluminis dicentes qualiter bene considerauerunt & cogitarunt ac scripturas capituli dicte terre Fluminis perlegerunt que prohibent quod nullus presbyter male condicionis aut fame debeat acceptari in dictum capitulum quauis causa Idcirco responderunt praefatis domino Capitaneo et consiliarijs qui ipsos rogauerant quod vellent acceptare presbyterum Georgium Sussich in canonicum quod nulla via mundi ipsum possunt acceptare in canonicum cum non sit dignus pluribus de causis omnibus notorijs. Qua responsione audita praefatus dominus Capitaneus vna cum quampluribus consiliarijs praefatos canonicos laudarunt quod tales presbyteros in canonicos acceptare nolunt & rectificauerunt ac confiirmauerunt scripturam siue consuetudinem dicti capituli uolentem quod nullus presbyter male condicionis uel fame debeat in canonicum dicti capituli acceptari.

Protestus Iudicis Mauri contra Iudicem Mateum

Die secundo mensis nouembris In Lobia terre Fluminis Sci Viti Coram Spectabili ac generoso viro domino

Iacobo Raunacher Capitaneo et consilio dicte terre Fluminis Comparuit Iudex Maurus Vidonich asserens & dicens domine Capitanee scitis qualiter generosus miles dominus Iohannes Reychenburger Capitaneus duini et Crassie vna vobiscum die XXº mensis octobris proxime praeteriti dedit & assignauit terminum Iudici Mateo quondam Ser donati dierum quindecim tunc immediate sequentium quod ipse Iudex Mateus dare & numerare deberet michi ducatos ducentos et viginti tres saluis tamen alijs meis iuribus aliter praefato Iudice Mateo non soluente in suprascripto termino dictos ducatos ducentos & viginti tres auri dicto Iudici Mauro ipse Iudex Mateus dare & soluere volebat ac se reficere obligabat omne damnum expensas ac interesse que ipsi Iudici Mauro sequerentur ob hanc causam Et quia dies Crastina erit dies termini praefixi et adhuc ipse Iudex Mateus nichil soluit dicto Iudici Mauro Idcirco ipse Iudex Maurus omnibus illis remedijs quibus magis & melius fieri potest protestatus fuit contra praelibatum Iudicem Mateum praesentem & assentientem omne & singulum damnum & interesse ac omnes et singulas expensas que et quas patietur ob hanc causam ut supradictum est.

Pro Iudice Iurcho contra Gastaldum

Die tercio mensis nouembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Bencho de Sagabria Petro eius filio Iacobo petriçich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Cresta uxor quondam Matei gastaldi dixit & asseruit qualiter praefatus quondam Mateus eius vir cum eius consensu & voluntate dessignauit pro speciali pignere Iudici Iurcho de dreuenico unum eorum terrenum vacuum situm in dicta terra Fluminis sub Slognin turan pro libris quatuordecim et solidos sexdecim paruorum quos denarios praefatus quondam Mateus dare tenebatur Iudici Iurcho.

Pro suprascripto Iurcho contra dominam dobriçam

Die suprascripto ante domum habitationis infrascripte debitricis praesentibus Iohanne dicto Iagnaç Mochoro Seualich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique domina do-

briça uxor Ser Castelini de pensauro dedit et pro speciali pignere designauit Iudici Iurcho de dreuenico unam suam Muraleam sitam in dicta terra Fluminis iuxta Petrum glauinich & georgium glauinich pro ducatis octo auri quos dicta dobriça fuit contenta & confessa se dare debere praefato Iudici Iurcho quos quidem ducatos dicta dobriça dare & soluere promisit praefato Iudici Iurcho usque ad duos annos proxime futuros videlicet singulo anno ducatos quatuor auri.

Pro Ser Bonaçonta contra Iudicem Nicolaum

Die tercio mensis Nouembris In Terra Fluminis Sci Viti In Statione infrascripti Iudicis Nicolai praesentibus Iudice Mauro Vidonich Petro marino quondam Rimidij de Firmo Grisano quondam Iudicis Martini de pago omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Nicolaus micolich ciuis dicte terre Fluminis fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse A Ser Bonaçonta Nicolai bonareli de Ancona ibidem presente miliaria duodecim et medros viginti quatuor olei pro precio & nomine precij quadraginta vnius ducatorum auri Renuncians exceptioni non habite non recepte & non mensurate dicte quantitatis olei tempore praesentis contractus Pro qua quidem olei quantitatem praefatus Iudex Nicolaus debitor dare & consignare promisit Ancone praelibato Ser Bonaçonte creditori omnibus suis periculis & expensis tantam ferri quantitatem quanta ascendat ad ualorem siue precium dicte quantitatis olei in ratione et precio ducatorum vndecim auri cum dimidio pro singulo miliario ferri ad librationem Ancone usque ad Carnis priuium proxime futurum Sub pena quarti Et si dictus Iudex Nicolaus debitor non posset aut nollet dare ferrum ut suprascriptum est quod tunc ipse teneatur usque ad suprascriptum terminum sub eadem pena dare & soluere suprascriptam quantitatem olei siue illam partem olei quae non erit persoluta in prompta pecunia ita tamen quod illa pars suprascripte quantitatis olei pro qua dabit et numerabit promptam pecuniam debeat rationari ac persolui in ratione et precio ducatorum quadraginta auri pro singulo miliario Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis attendendis &

adimplendis praefatus debitor suprascripto creditori obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura Pena autem soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Iudice Nicolao contra Ser Bonaçontam

Vltrascriptis die loco ac testibus praefatus Ser Bonaçonta fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a praedicto Iudice Nicolao ducatos viginti octo auri et solidos quadraginta quatuor paruorum in prompta pecunia pro parte solutionis suprascripte quantitatis olei**)

Societas amborum pro 400 pellibus

Vltrascriptis die loco ac testibus praefati Iudex Nicolaus micolich & Ser Bonaçonta onerarunt simul et in societate boni & mali quadringentas pelles bouinas videlicet uterque ipsorum ducentas in barcha siue charachia Nicolai Antonij de Venetijs habitatoris Ancone quas deo conducente dictus Nicolaus portare & conducere debet Anconam. His pactis & condicionibus quod praelibatus Iudex Nicolaus teneatur & debeat soluere omnes & singulas gabellas & expensas que occurrent in dicta terra Fluminis usque ad litus maris et dictus Bonaçonta teneatur & debeat soluere omnes & singulas gabellas & expensas que occurrent Ancone et de ipsis pellibus facere finem prout ipsi melius videbitur pro utilitate utriusque Et quicquid lucri consequetur debeat diuidi paribus portionibus inter ipsos Et similiter si damnum sequeretur quod absit debeant illud pati paribus portionibus. Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis sic firmiter obseruandis vna pars alteri adinuicem obligauit omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura**)

*) Cancellato, con in margine la nota: „1452 die VI mensis Marcij cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de mandato dominorum Iudicum praesente Iudice Tonsa vigore cuiusdam litere scripte manu Leonardi Nicolai bonareli et Iudicis Iacobi micolich Ancone die XVIII mensis Marcij Anno domini MCCCCXXXXV.o Et similiter infrascripta duo Instrumenta de voluntate etiam Iudicis Nicolai micolich — Ego Antonius cancellarius scripsi“

**) L' uno e l' altro cancellati; v. nota precedente.

Pro Chirino spinçich contra Simonem pilar

Die quinto mensis nouembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Iusto Vidotich barbitonsore Georgio marolich de Castua ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon pilar habitator dicte terre Fluminis per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse A Iudice Chirino spinçich de Castua tria vassa plena vino tenute modiorum viginti siue plus uel minus prout reperietur in mensura pro precio & nomine precij solidorum sexaginta nouem pro singulo modio Quod quidem precium siue praefati vini valorem soluere promisit praefatus Simon dicto Chirino usque ad festum assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum Hoc modo videlicet quod dictus Simon dare debeat dicto Chirino assides segadicias bonas & mercimoniales tantas & tales quod possint vendi prout alij mercatores vendere poterunt suas in ratione librarum viginti paruorum pro singulo centenario. Hoc tamen pacto quod quandocunque dictus Simon praefato Iudici Chirino dederit ducentas segadicias ipse Chirinus vnum centenarium soluere debeat in prompta pecunia pro precio quo supra & alterum recipere in diffalcatione dicti debiti praefato Simoni et sic continuet usque ad integram satisfactionem debiti usque ad suprascriptum terminum Et ad maiorem cautelam praefati Chirini creditoris presbyter Antonius Visignich & Iudex Cosmas radolich se constituerunt plegios & fideiussores eidem Chirino pro suprascripto Simone pro dicto debito soluendo ut supra

Pro presbytero Antonio Visignich & Iudice Cosma radolich contra Simonem pilar

Vltrascriptis die loco ac testibus praefatus Simon pilar promisit suprascriptis presbytero Antonio Visignich & Iudici Cosme radolich suis fideiussoribus et plegijs eos conseruare indemnes pro suprascripta plegiaria siue fideiussione et ad ipsorum fideiussorum cautelam praefatus Simon eisdem obligauit & pro speciali pignere designauit suam domum positam in dicta terra Fluminis et suam vineam positam in xenicoui cum omnibus iuribus habentijs & pertinentijs dictis possessionibus spectantibus & pertinentibus

Pro Nicolao Suetaç

Die quinto mensis nouembris In publica platea terre Fluminis Sci Vit praesentibus presbytero Vito scolich Martino bechario Iusto Vidotich barbitonsore omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati ad praesens honorabilis Iudex dicte terre Fluminis praecepit mihi notario infrascripto quatenus publicum conficerem instrumentum Nicolao Suetac in quo constarent & apparerent omnes denarij quos ipse Nicolaus soluit creditoribus ueris Radoie quondam petri de Srigne de ipsius Iudicis Matei et alterius Iudicis mandato Et primo heredibus Stanche buchierauene ducatos tres auri quos praefatus Radoia soluere tenebatur pro solutionis complemento domus quam emit a dicta quondam Stancha Item Iudici Nicolao micolich libras sex et solidos quatuordecim Item petro glauinich pro collecta vini solidos quinquaginta quinque Item uxori quondam Iudicis Pauli cresolich libras quinque Item Matiasio de Iapre libras sex cum dimidio Item Simoni pilar libras duas Et residuum librarum XLVe et solidorum octo paruorum fuit dicto Nicolao pro debito librarum octo & solidorum octo quod habere debebat dictus Nicolaus a praefato Radoia nomine mutui Quos quidem denarios praefatus Nicolaus ideo soluit quia domum dicti Radoie emit ad publicum incantum pro libris quadraginta quinque et solidos octo paruorum & expensis secundum consuetudinem dicte terre Fluminis die XVo mensis septembris de anno praesenti uti constat publico Instrumento scripto manu mei notarij infrascripti Anno et Indictione suprascriptis die uero XVo mensis septembris.

Pro suprascripto contra Simonem pilar

Die octauo mensis Nouembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Luca cauertich Iuanulo de Arbo testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Simon pilar per se suosque heredes fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Nicolao Suetaç praesenti & pro se suisque heredibus & successoribus stipullanti Marchas sex et solidos quatuor paruorum Et hoc pro quadam domo vendita a praefato Nicolao

dicto Simoni que domus fuit Radoie quondam petri de Srigne Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori per terminos infrascriptos videlicet medietatem usque ad festum carnispriuij proxime futurum & Alteram medietatem usque ad unum annum proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta &c Qui Nicolaus coram testibus suprascriptis recepit a dicto Simone pro parte medietatis dicte quantitatis pecunie quam soluere debet usque ad carnispriuium libras vndecim paruorum

DONATIO PRO DOMINA NICHOLINA UXORE GEORGIJ IUDICIS STEFANI CONTRA DICTUM GEORGIUM DE LIBRIS CENTUM PARUORUM

Die XIII mensis Nouembris In Terra Fluminis Sci Viti In statione mei notarij infrascripti praesentibus Iudice Mauro Vidonich Iudice Mateo quondam Ser donati Iacobo quondam Iudicis Iohannis Misuli omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Ser Georgius filius Iudicis Stefani ruseuich per se suosque heredes & successores Nomine pure libere simplicis & irreuocabilis donationis quae fit & datur inter viuos dedit tradidit atque donauit venerabili viro domino presbytero Dominico vguiçe quondam gregorij de Vegla praesenti stipullanti & respondenti vice ac nomine domine Nicoline eius nepotis & uxoris dicti Georgij & heredum & successorum dicte domine Nicoline nomine boni mane quod dicitur Schlaboniçe dobraiutrigniça libras centum paruorum Promittens praefatus Georgius per se suosque heredes & successores praedicto presbytero dominico stipullanti nomine ac vice praefate domine Nicoline eiusque heredum & successorum praescriptam donationem perpetuo firmam & ratam habere tenere & non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione uel ingenio de iure uel de facto Sub pena dupli Qua solulta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

PRO IOHANNE MATIUCIJ DE FIRMO CONTRA VITUM MATEIEUICH

Die XXII mensis nouembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Adam Antonij de Firmo Antonio Santis de pensauro Tomasi-

no de Vegla Rafaele de Fossambruno Prodano de Pago Teodoro quondam dominici omnibus ciuibus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Vitus Mateieuich uti coram regimine dicte terre Fluminis asseruit cum voluntate & consensu domini Arcidiaconi patris sui sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Iohanni de Firmo mercatori in dicta terra Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos vigintiseptem boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta a dicto vito debitore dicto Ser Iohanni pro Iudice Mateo quondam Ser donati Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus Vitus debitor praefato Ser Iohanni creditori usque ad octo menses proxime futuros Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro praedicto Iohanne contra Nicolaum çopich

Vltrascriptis die loco ac testibus Ibique Nicolaus çopich de dicta terra Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Iohanni Matiucij de Firmo mercatori in dicta terra Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos vigintiseptem boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta a dicto Nicolao debitore dicto Ser Iohanni creditori pro Iudice Mateo quondam Ser donati Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus Nicolaus debitor prefato creditori usque ad sexdecim menses proxime futuros Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta

Pro praedicto Iohanne contra presbyterum Gasparem

Vltrascriptis die loco ac testibus dominus presbyter Gaspar cresolich de dicta terra Fluminis sponte libere ex certa scientia non per errorem omni

exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ser Iohanni Matiucij de Firmo mercatori in dicta terra Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta boni auri & iusti ponderis Et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione facta a dicto presbytero Gaspare praefato Ser Iohanni creditori pro Iudice Mateo quondam Ser donati Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus presbyter Gaspar praefato creditori usque ad duos annos proxime futuros Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Peo Chirino spinçich contra Teodorum

Die XXVII mensis nouembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus petro glauinich Martino çaninich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique presbyter Antonius Visignich tanquam plegius & fideiussor Teodori quondam dominici fuit contentus & confessus se habuisse ac recepisse a Chirino spinçich de Castua vna (*sic*) vegetem plenam vino tenute modiorum sexdecim siue plus siue minus pro ut reperietur in mensura in ratione solidorum septuagintanouem pro singulo Modio Quod precium vini soluere promisit praefatus presbyter Antonius dicto Chirino pro terminos infrascriptos videlicet Medietatem usque ad festum Sci Georgij proxime futurum et alteram medietatem usque ad festum Sci Michaelis proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro presbytero Antonio Visignich contra Teodorum

Vltrascriptis die loco ac testibus Teodorus quondam dominici Promisit presbytero Antonio Visignich ipsum seruare indemnem a plegiaria seu

*) Cancellato con in margine la nota: „1452 die XVI mensis Nouembris cancellatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Iudice Damiano quondam Matei & Rafaele de Fossambruno testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

fideiussione facta a dicto presbytero Antonio Chirino spinçich pro dicto Teodoro pro vna vegete vini tenute Modiorum sexdecim uel plus uel minus pro ut reperietur in mensura in ratione solidorum LXVIIII pro singulo modio Et ad maiorem cautelam praelibati presbyteri Antonij dictus Teodorus eidem obligauit & pro speciali pignere designauit suum pastinum in Choxala iuxta presbyterum Vitum scholich & viam publicam a duobus lateribus

Pro Martino aurifice contra Tomam remerium

Die XXVI mensis nouembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Martino Satanni prodano de pago testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Tomas Remerius de bucharo per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Martino aurifici quondam dominici habitatori dicte terre Fluminis praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras centum pro trauibus quos habuit menelaus habitator parentij Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris Sub pena quarti Et ad maiorem cautelam prefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit domum suam positam in dicta terra Fluminis & etiam alia sua bona si dictum pignus non satisfecerit ad Solutionem suprascriptam debiti. Pena etiam suprascripta soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.*)

Pro Iuracio sartore contra Vitam eius cognatam

Die XXVIII mensis Nouembris In Terra Fluminis Sci Viti In domo infrascripte Vite debitricis praesentibus Martino Satanni Agabito diraçich testibus ad haec uocatis &

*) Cancellato, con in margine la nota: „1452 die XVIII mensis Nouembris cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus domino presbytero Iohanne arcidiacono domino presbytero Gaspare plebano testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

rogatis ac alijs Ibique Vita uxor Iohannis merçarij sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contenta & confessa se iuste teneri & dare debere Georgio sarctori quondam Stefani praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos duodecim boni auri & iusti ponderis nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dicta debitrix praefato creditori ad omnem requisitionem ipsius Sub pena quarti et ad maiorem cautelam praefati creditoris dicta debitrix eidem obligauit & pro speciali pignere designauit terrenum cum pastino positum ad Sanctam ceciliam iuxta dictum creditorem & Gregorium Stregulich & viam publicam. Qua pena soluta uel non rata maneant omnia &c

PROTESTUS PRODANI

Die primo mensis decembris in publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus domino presbytero Gaspare cresolich nicolao çopich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro Iudice Ambrosio cresolich ad praesens honorabili Iudice dicte terre Fluminis comparuit Prodanus quondam Radeni de pago asserens & dicens qualiter fideiussionem siue plegiariam fecit Dominico Carpentario pro Stefano mortath pro ducatis triginta auri et ipsi prodano pro dicto debito pro suprascripto Stefano fideiusserunt Iudex Nicolaus Iudex Vitus matronich & Michael cerdo et pro dicta fideiussione ipsum prodanum praefatus dominicus astrinxit in Iudicio vnde ipsum oportuit dare ipso dominico pignus sicque dedit suam vineam positam in Schurigna que iam Incantatur Idcirco praefatus Prodanus omnibus illis remedijs quibus melius fieri potest protestatus fuit ducatos quadraginta auri pro dicta sua vinea si erit perdita ad incantum contra praescriptos Iudicem Nicolaum micolich Iudicem Vitum matronich et Michaelem cerdonem

PROTESTUS SUPRASCRIPTI

Die quarto mensis decembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mateo quondam Ser donati Antonio ros-

souich Martino çaninich testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro Iudice Vito matronich ad praesens honorabili Iudice dicte terre Fluminis comparuit Prodanus suprascriptus asserens & dicens qualiter pro fideiussione facta pro Stefano mortath dominico Carpentario pro ducatis triginta ipse perdidit suam vineam in Scurigna Idcirco praesente dicto Stefano protestatus fuit omnibus iuris remedijs quibus melius fieri potest aduersus praefatum Stefanum ducatos quadraginta auri pro suprascripta vinea.

PROTESTUS IUDICIS VITI MATRONICH

Vltrascriptis die loco ac testibus Iudex Vitus matronich protestatus fuit suam vegetem vini modiorum circa XVIIII que debet incantari ad petitionem dominici carpentarij pro ducatis septem cum dimidio pro fideiussione facta ipsi dominico pro Stefano mortath pro suprascripta pecunie quantitate aduersus praedictum Stefanum mortath libras octoaginta paruorum

PROCURA IUDICIS MATEI

Die quinto mensis decembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito matronich Iudice Damiano quondam Matei Prodano de pago omnibus ciuibus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati ciuis dicte terre Fluminis omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Prouidum virum Ser Antonium verich de Cherso absentem sed tanquam praesentem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti Chersi & in tota insula tam denarios quam alias res et de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram domino Comite Chersi & quocunque alio Iudice Ad agendum petendum respondendum libellos & peticiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum

testes scripturas & alia iura dicti constituentis producendum Sententias audiendum& eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

PROTESTUS CHIRINI SPINÇICH

Die quinto mensis decembris in littore maris terre Fluminis Sci Viti ante macellum praesentibus Georgio sarctore quondam Stefani Blasio dicto blasuth ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Coram Nobili viro Iudici Vito matronich ad praesens honorabili Iudice dicte terre Fluminis Comparuit Chirinus spinçich asserens & dicens qualiter pro fideiussione quam fecit Tomasino de Vegla . . . conopsich de los et pro fideiussione quam fecit dicto Tomasino pro Viçscho de pisino dictus Tomasinus ponere fecit ad publicum incantum vnam eius vaccam Idcirco praefatus Chirinus omnibus illis iuris remedijs quibus melius fieri potest protestatus fuit contra dictos absentes sed tanquam presentes . . . . . et Viçschum ducatos tres auri pro dicta vacca si perdetur ad incantum

PRO ADAM ANTONIJ DE FIRMO CONTRA OSUALDUM DE LACH

Die septimo mensis decembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Vito matronich Martino çaninich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Osualdus de lach sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Ade Antonij de Firmo praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos viginti duos boni auri & iusti ponderis & solidos quadraginta octo paruorum nomine mutui Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum natiuitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum Sub pena quarti cum obliga-

tione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta*)

Pro dicto Osualdo contra Iudicem Mateum

Vltrascriptis die ac loco praesentibus Adam Antonij de Firmo Iohanne barlech ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Iudex Mateus quondam Ser donati sponte libere ex certa scientia non per errorem omni exceptione iuris uel facti remota per se suosque heredes & successores fuit contentus & confessus se iuste teneri & dare debere Osualdo de lach praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus ducatos triginta octo boni auri & iusti ponderis Et hoc pro ferro habito a dicto creditore Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dictus debitor praefato creditori usque ad festum natiuitatis beate Marie Virginis proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Et ad maiorem cautelam praefati creditoris dictus debitor eidem obligauit & pro speciali pignere designauit suam vineam na reçiçe Pena autem soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Procura Ser Iohannis vicarich de Segna in Georgium bucij Iacobi cete de Ancona

Die decimo mensis decembris In publica platea terre Fluminis Sci Viti praesentibus Iudice Mateo donadouich Georgio glauinich ambobus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Nobilis vir Iohannes filius generosi militis domini Nicolai vicarij Segne omni via modo iure & forma quibus magis & melius sciuit ac potuit fecit constituit creauit & ordinauit Georgium bucij Iacobi cete de Ortona presentem & infrascriptum mandatum

*) Cancellato, con in margine la nota: „1445 Die XVI mensis Augusti cancelatum fuit praesens Instrumentum debiti de voluntate creditoris praesentibus Petro Nichola & Iohanne Matiucij ambobus de Firmo testibus ad haec uocatis & rogatis — Ego Antonius cancellarius scripsi“

sponte suscipientem suum uerum & legitimum procuratorem actorem factorem & certum nuncium specialem praesertim ad exigendum & recuperandum a quacunque persona sibi dare debenti in dicta terra Fluminis tam denarios quam alias res & de per eum receptis finem dimissionem quietationem & pactum de vlterius non petendo cum solemnitatibus necessarijs faciendum Et ad comparendum si opus fuerit coram domino Capitaneo Iudicibus ac Regimine dicte terre Fluminis Ad agendum petendum respondendum libellos & petitiones dandum & recipiendum terminos & dillationes petendum testes scripturas & omnia alia jura sua producendum Sententias audiendum & eas executioni mandare faciendum Et generaliter &c Dans &c Promittens &c

Pro Iudice Mateo contra uxorem Gasperlini

Die XXII mensis decembris In Statione mei notarij infrascripti praesentibus Georgio sarctore quondam Stefani Vito sarctore quondam georgij testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Malgarita uxor Gasperlini matlinouich de consensu dicti Mariti sui fuit contenta & confessa per se suosque heredes & successores se iuste teneri & dare debere Iudici Mateo quondam Ser donati praesenti stipullanti & respondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras decem paruorum Et hoc pro fideiussione facta pro dicto marito Quam quidem pecunie quantitatem dare & soluere promisit dicta debitrix praefato creditori usque ad unum annum proxime futurum Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qua pena soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta.

Pro Iudice Mateo contra plegios Gasperlini

Vltrascriptis die loco ac testibus Iudex Vitus barolich Iudex Tonsa quondam Ser Nicole Iudex Iurco de dreuenico Teodorus quondam dominici per se suosque heredes & successores tanquam plegij & fideiussores Gasperlini matlinouich fuerunt contenti & confessi se iuste teneri & dare debere Iudici Mateo quondam Ser donati praesenti stipullanti & re-

spondenti pro se suisque heredibus & successoribus libras quadraginta paruorum Quos quidem denarios dare & soluere promiserunt dicti debitores praefato creditori usque ad tres annos proxime futuros hoc est singulo anno tertiam partem pro rata Sub pena quarti cum obligatione omnium suorum bonorum Qui Gasperlinus praedictis plegijs dedit in pignus pro eorum cautela omnes & singulas res quas dictus Iudex Mateus habebat in manibus

Testificatio in fauorem Iudicis Nicolai

Die XXIII mensis decembris In Statione infrascripti Iudicis Nicolai micolich praesentibus Iudice ambrosio cresolich Iudice Mauro Vidonich Iudice Stefano blasinich Iudice Vito matronich omnibus habitatoribus dicte terre Fluminis testibus ad haec uocatis & rogatis ac alijs Ibique Spectabilis ac generosus vir dominus Iacobus Raunacher honorabilis Capitaneus dicte terre Fluminis Interrogauit Tomasinum quondam Tome de Caldana de Vegla ibidem presentem dicens Tomasine homines iniqui multotiens et vtplurimum loquuntur iniqua quamvis sint falsa Ideirco quia ego audiui a pluribus Subditis Magnificorum Comitum Segne quod tu dixisti quod in festo assumptionis beate Marie Virginis proxime praeterito quando aduenit discordia Inter famulos Capitanei cersati & aliquos Ciues nostros Iudex Nicolaus micolich praecepit tibi Sub pena quod deberes accedere cum ciuibus nostris adversus illos de Cersato Ideo peto te an hoc dixeris et si aliquis illud praecepit tibi Qui Tomasinus respondit ego hoc non dixi nec est uerum ymo dico vobis certe quod nec Iudex Nicolaus nec aliquis alius unquam hoc nec similia praecepit mihi.

Pars capta pro sententijs in futurum scribendis

Vltrascriptis die ac loco Per Spectabilem ac generosum virum Iacobum Raunacher honorabilem Capitaneum Nobiles viros Ser Ambrosium cresolich Ser Vitum matronich ad praesens Iudices et omnes consiliarios terre Fluminis Sci Viti capta fuit pars nemine coram in aliquo discrepante quod ab hodierna die in antea omnes terminationes et sentencie

que fient per Iudices presentes & futuros siue consilium dicte terre Fluminis incipiendo a libris tribus supra scribi debeant per cancellarium dicte terre Fluminis qui tunc erit siue per illum qui erit eius loco ac vice aliter pro nichilo reputentur et nullius sint valoris que terminationes & Sententie Proferri & dare debeant per ipsos Iudices solum in Lobia comunis aliter nullius sint valoris. Et quod omnes & singuli Iudices tam praesentes quam futuri sedere debeant singulo die non festiuo in Lobia comunis per horam ad ius reddendum. Quam partem voluerunt suprascripti domini in perpetuum inviolabiliter obseruari. Et pars sententiata soluere debeat expensas Sentencie.

NOTA. — Siccome il cancelliere non è punto coerente nella grafia, nel risolvere le abbreviazioni io ho seguito l' ortografia regolare. Veramente al posto del gruppo fonetico *ae* avrei dovuto mantenere l' *e* semplice, l' unico caso nel quale il cancelliere si mostra coerente.

INDICE.

1. FRANCHIGIE.

Circa il render giustizia ai forestieri . . . . . pag. 365
Concessione della fiera annua di S Giovanni Battista . . . . . » 365
Esenzione dall' imposta . . . . . » 366

2. DELIBERAZIONI DEL CONSIGLIO.

Che nessuno osi comperare vino per introdurlo in città . . . . pag. 18
Che nessuno osi lasciar errare i maiali fuori della stalla . . . » 18
Si rifiuta la cittadinanza a Castelino da Pesaro perchè forestiero . » 20
Che i tavernieri paghino il dazio della misura del vino . . . . » 40
Che si possa pescare il tonno a Preluca . . . . . » 72
Che si chieda al conte Walsee la concessione d'una fiera annua e un termine per l'introduzione dei vini d'oltremare . . . . » 98
Che nessuno osi condurre alcuna persona fuori della terra . . . » 111
Che le uova si vendano cinque per un soldo . . . . . » 169
Che nessuno osi trasportare fuori di Fiume grano, legumi o farina » 217
Che nessuno osi di andare di là dalla Fiumara . . . . . » 218
Circa i beni acquisiti durante il matrimonio . . . . . » 221
Circa le obbligazioni e i patti stretti davanti ai giudici rettori . » 245
Che nessuno osi togliere le serve d'altri . . . . . » 253
Che nessuno penetri nelle possessioni altrui. . . . . » 270
Che nessuno venda nulla a prezzi più alti senza licenza dei giudici » 293
Che nessuno venda a credito a servi, nè comperi nulla da essi . . » 315
Che non si leghino animali sulla piazza e sulle vie pubbliche . . » 326
Che si abbattano gli alberi esistenti sulle pubbliche vie . . . . » 326
Che sia introdotta al Duomo la liturgia latina . . . . . » 333
Al tempo che si venderà il vino della decima non si vendano vini privati . . . . . » 355
Che non si tenga fieno o paglia nelle case dove si accende fuoco . » 364
Che le cose poste all'incanto debbano scriversi . . . . . » 371
Che le sentenze e le deliberazioni vengano scritte . . . . . » 421

3. QUESTIONI ECCLESIASTICHE.

Decreto del Consiglio perchè i debitori della Chiesa di S.ta Maria paghino i loro debiti entro il giorno di S. Bartolomeo . . . pag. 18
Dichiarazione del Capitolo circa l' uso del dono pasquale all' arcidiacono . . . . . » 33

Protesta dell'arcidiacono contro il prete Marco Radolich per ingiurie pag. 39
Stefano cappellaio si riconosce debitore del Capitolo . . . . . » 70
Protesta del Capitolo contro certo sussidio preteso dal vescovo di Pola » 73
Ser Antonio Pertusano disdice la locazione della bottega del Capitolo da lui tenuta, essendone aumentato l'affitto . . . . . » 185
Quirino figlio del giudice Vito Çouanich conferma la donazione d'una casa fatta da suo padre al capitolo . . . . . » 186
Protesta del Capitolo contro un'accusa del prete Antonio Visignich » 187
Protesta di prete Giorgio da Castua contro quel Capitolo . . . » 190
Accomodamento fra il Capitolo e prete Antonio Visignich suo creditore . . . . . » 191
Circa una lettera citatoria del vescovo di Pola a prete Gaspare amministratore della chiesa di S. Barbara . . . . . » 207
Fondazione d'uno spedale dell'ordine di Sto Spirito . . . . pag. 214—215
Prete Gaspare s'obbliga di coprire di tegole e inalzare la casa appartenente alla chiesa di Sta Barbara . . . . . pag. 229
Mastro Martino orefice da Segna » » » . . . » 88
Protesta del Capitolo contro il comune di Barbana che non vuole consegnargli un breviario glagolito lasciatogli dal defunto prete Urbano, parroco di Barbana . . . . . » 330
I canonici rifiutano di accogliere nel Capitolo il prete Giorgio Susich perchè indegno . . . . . » 406

4 NUOVI CITTADINI.

Mastro Biagio calzolaio accolto qual cittadino . . . pag. 88
Mastro Martino orefice da Segna » » » . . . » 88
Vorico, marito di Maria Xelexenicova » » » . . . » 112
Giacomo cappellaio di Lechova » » » . . . » 137
Giovanni merciaio da Brumech » » » . . . » 137

5. DENUNZIE, LITI E SENTENZE.

Ser Giovanni qm Paolo de Galianis da Rimini chiede in giudizio a Nicolò Scabich certo denaro affidatogli . . . . . pag. 66
Ser Buonaccorso di Pietro Nicola da Pesaro chiede in giudizio a Cola di Luca da Pesaro il pagamento d'un affitto . . . . » 76
Lite fra Giovanni Coliça da Segna e Andrea Grossi da Rimini che gli avrebbe tolta e condotta a Rimini una serva . . . . . » 83
Sentenza d'assoluzione d'Agabito . . . . . » 96
Lite fra i fratelli Micolich e il prete Matteo Lepanich che li ha offesi 96
Denunzia di Matteo Çersato per una rete laceratagli dalla nave di Matteo qm Donato . . . . . » 103
Ordine a prete Martino di Buccari e a Ser Tonsa di far riparare il molino della Confraternita di Sta Maria . . . . . » 112
Lite fra Vito Barolich e Antonio nipote d'Aldreghetto per certo affitto 138
Sentenza circa un accomodamento tra i fratelli Xutovich da Castua » 139
Simone qm Pietro da Pago denunzia Giovanni Rilçich per un furto » 327

Il capitano invita Giorgio da Drevenico, Vito Mateievich, Biagio calzolaio, Cipriano Fariçich e Bartolomeo Melcherich a far la pace a scanso di dispiaceri . . . . . pag. 345
Sentenza contro Matteo qm Donato . . . . . » 373
Termine perentorio assegnato a Simone Pilar ed Eufemia sua cognata in una causa d'eredità . . . . . » 406

6. TESTIMONIANZE.

Circa il testamento di Giacomo Schabaç da Castua a favore di Elena Mlaisiça . . . . . pag. 7
A favore di Vito figlio dell'arcidiacono contro prete Marco Radolich » 24
A favore di Giacomo Micolich contro l'accusa d'una serva . . . » 69
A favore di Giovanni e Nicolò Micolich insultati ingiustamente dal canonico Matteo Lepanich . . . . . » 97
A favore di Teodoro qm Domenico . . . . . » 99
A favore di Adamo da Fermo circa un carico di frumento . . . » 141
A favore dello stesso circa una spedizione d'olio a Veglia . . . . » 144
A favore di Stefano Mortath in lite con la confraternita di S. Giovanni di Castua . . . . . » 160
A favore di Luca di Michele da Ragusa circa legname tagliato a Castelmuschio . . . . . » 204
A favore di Adamo da Fermo circa tre fasci di ferro . . . . . » 224
A favore di Abramo Giuseppe e Bonaventura ebrei da Pesaro . . » 246
A favore di Barbara vedova di Martino di Vragna circa la proprietà di una casa . . . . . » 260
A favore di Giacomo Micolich . . . . . pag. 276—277
A favore di Giorgio Chersaner . . . . . pag. 298
A favore di Matteo di Donato . . . . . » 303
A favore di Nicolò Micolich contro Martino tagliapietra. . . . » 318
A favore di Ser Angelino Bonfiglioli circa un pagamento . . » 320
Perizia di mastro Tomaso chirurgo in un caso di morte violenta » 399
Di Tomasino da Veglia a favore di Nicolò Micolich . . . . » 421

7. PROCURE.

Di Antonio da Pesaro a Nicolò da Pesaro . . . . . pag. 6
Del giudice Nicolò qm Antonio a Vito Matronich . . . . . » 7
Di Radoslavo pellaio al giudice Paolo . . . . . » 21
Di Antonio di Ser Santo Paterno a Vito sarto . . . . . » 21
Dello stesso a Stefano Calleli d'Ancona . . . . . » 21
Di Ser Antonio da Lesina a Galeazzo d'Albona . . . . . » 23
Di Antonio da Mont'Alboddo a Martino orefice . . . . . » 25
Di Quirino capitano di Gardoselo a Vito figlio dell'arcidiacono . . » 30
Di Francesco fabbro a Biagio Golobich da Cherso . . . . . » 49
Di Tomasino da Veglia ad Adamo da Fermo . . . . . » 50
Di Castelino da Pesaro a Matteo di Donato e Nicolò facchino . . » 51
Di Nicolò Micolich a Vito qm Matco . . . . . » 53

Di prete Giacomo Michlavich da Buccari a Bartolomeo Brancovich suo genero . . . . . pag. 55
Di Giovanni Misuli a Nicolò qm Enrico Ungerspach per esigere un credito dall'arsenale di Venezia . . . . . » 76
Di Bogdana moglie di Doclegna de Jesnovich ad Ambrogio Radolich » 80
Di Nicolò Rheinthaler capitano di Laurana a Giorgio Paladinich da Pago . . . . . » 82
Di Paolo a Giorgio Filacanova di Venezia . . . . . » 94
Di Quirino Parçich da Veglia a Tomaso remaio da Buccari . . . » 106
Di Fra Paolo Antoniano a Matiasio (incompleta) . . . . . » 106
Di Ser Forte da Curzola a Vito Matronich . . . . . » 110
Di Luca da Ragusa a Bartolomeo da Fermo e Luca da Posana . . » 114
Del giudice Giovanni Misuli ad Andriolo da Arbe . . . . . » 115
Di Giovanni de Galianis da Rimini a Mengolo e Pietro de Senis » 124
Di Martino orefice a Giovanni de Bochina da Cherso . . . . . » 134
Di Giorgio da Drevenico a Vito figlio dell'arcidiacono . . . . . » 143
Di Nicolò da Blagaia a Francesco fabbro . . . . . » 144
Di Stefano Calleli da Ancona a Veneziano Bartoli . . . . . » 155
Di Martino Raunacher a Vito di Matteo . . . . . » 157
Di Giovanni Francese ad Andrea Santi da Ortona . . . . . » 158
Di Martino Raunacher a Giovanni Franco da Costanza . . . . » 164
Di Simone da Ascoli ad Adamo da Fermo . . . . . » 179
Di Biagio e Stefano da Caisole a prete Gerolamo da Cherso . . » 182
Delle sorelle Pietra e Domenica allo stesso . . . . . » 183
Di Giovanni facchino a Veneziano qm Bartolo da Picchetto . . . » 199
Di Nicolò Micolich a Giovanni Franco da Costanza . . . . . » 207
Di Giovanni Franco a Giovanni Barlech da Bischoflack . . . . » 269
Di Martino Raunacher a Castelino da Pesaro . . . . . » 210
Di Pietro Marino da Fermo a Giorgio Florean da Krainburg . . » 216
Di Stefano Mortath a Gherdina da Castua . . . . . » 216
Di Castelino al fratello Sante . . . . . » 225
Di Giovanni facchino a Matteo qm Donato . . . . . » 226
Di Francesco fabbro a Simone da Sebenico . . . . . » 230
Di Pietro Pertusano a Matteo qm Donato . . . . . » 231
Di Simone di Vanni Mucci da Ascoli a Simone Pilar . . . . . » 239
Di Luca da Ragusa a suo padre . . . . . » 251
Di Gaspare da Vragna a mastro Andrea Patriçicove . . . . . » 259
Di Simone di Bartolomeo da Firenze a Bartolomeo de Bochina da Cherso . . . . . » 265
Di Vito qm Matco al figlio Antonio . . . . . » 267
Di prete Giorgio Stracinich a Filippo da Laurana . . . . . » 271
Di Tomaso Gusich di Fianona a Giorgio Filacanova . . . . . » 274
Di Giovanni Matteucci a Bartolomeo suo fratello . . . . . » 289
Di Teodoro qm Domenico a Quirino figlio del giudice Vito . . . » 295
Di Paolo qm Giovanni da Busana a Vito qm Matteo . . . . . » 302
Di Margherita vedova di Paolo Cresolich al giudice Matteo . . . » 303
Di Cosimo Radolich a Giorgio Filacanova di Venezia . . . . . » 308

Di Giovanni Chergnel da Cividale al giudice Damiano . . . . pag. 309
Di Vito Zovanich al cap.o Raunacher . . . . . » 311
Di prete Nicolò da Buccari ad Elena Suselichieva . . . . . » 313
Di Cresolo da Arbe al giudice Giorgio da Scrissa . . . . . » 316
Di Giovanni di Grisano al prete Marco Radolich . . . . . » 318
Di Matteo tintore a Martino orefice . . . . . » 322
Di Giovanni de Barnis ad Antonio de Terenzi da Pesaro . . . . » 339
Di Giovanni Filacanova a Giorgio sarto . . . . . » 342
Di Francesco qm Giorgio da Modrussa a Piermatteo da Rimini . » 345
Di Buçarello qm Cola da Ortona al fratello Francesco . . . . . » 350
Di Draga ved. di Martino Pilipich da Castua a Matteo Matula da Castua . . . . . » 351
Di Biagio de Colombis da Cherso a Prodano da Pago . . . . . » 361
Di Nicolò da Veglia a Tomasino da Caldana . . . . . » 376
Di Vito Mateievich a Marco detto Bunto . . . . . » 381
Di Limpa moglie di Marco Ravani a Marina moglie di Luca Oslich » 390
Di Giovanni de Valentinis da Venezia a Ser Salvatore Danadunch da Capodistria . . . . . » 395
Di Giorgio Filacanova da Venezia a Giorgio qm Stefano sarto . » 397
Di Francesco Cicarelli da Ortona a Giorgio Buci da Ortona . . » 397
Di Giovanni di Francia a Tomaso Marchetti, Gabriele Lipazzi e Bartolomeo da Fermo . . . . . » 398
Di Gregorio d'Andrea Luderich a Francesco fabbro . . . . . » 400
Di Antonio de Terenzi a Giovanni de Barnis e Pierpaolo da Foligno . . . . . » 402
Di Matteo qm Ser Donato a Ser Antonio Verich da Cherso . . » 417
Di Giovanni de Barnis a Giovanni Buzzi da Ancona . . . . . » 319

8. CONTRATTI.

Fra prete Antonio Visignich e Stefano Xorich che gli affida l'istruzione del figlio . . . . . pag. 9
Società fra Andrea Vitorello da Murano e Tomaso remaio da Buccari per la fabbricazione e vendita d'una quantità di remi . » 19
Fra Ser Adamo da Fermo e Martino Çerh da Bischoflack per uno scambio di merci (ferro e olio) . . . . . » 28
Fra Antonio Pertusano da Venezia e Simone Pilar che deve consegnargli una quantità d'assi . . . . . » 30
Fra Cristoforo Sodignida da Bischoflack e Adamo da Fermo per uno scambio di merci . . . . . » 31
Fra Acacio da Stein e il giudice Nicolò per uno scambio di merci (ferro e olio) . . . . . » 34
Fra prete Giovanni e i carpentieri Giovanni e Urbano per l'erezione d'un recinto d'assi . . . . . » 57
Fra Nicolò Micolich e Giacomo Arar per uno scambio di merci (olio e ferro) . . . . . » 61
Fra Nicolò Micolich e Vorico da Lubiana c. s. . . . . » 63
Fra Ser Adamo da Fermo e Crestano Planina c. s . . . . . » 64

Fra Pietro Pertusano e Acacio da Stein per uno scambio di merci (cotone e ferro) . . . . . pag. 67
Fra Adamo da Fermo e Acacio da Stein per uno scambio di merci (olio e ferro) . . . . . » 68
Fra Matteo Cersato e Caterina moglie di Giorgio da Pisino circa l'allattamento d'una bambina avuta da lei col figlio di Matteo » 84
Fra Nicolò Micolich e Martino Bobach per uno scambio dil merci (olio e ferro) . . . . . » 93
Fra Adamo da Fermo e Martino Çerh da Bischoflack per uno scambio di merci (olio e chiodi) . . . . . » 101
Fra Adamo da Fermo e Urbano Cresanich da Krainburg per uno scambio di merci (olio e falci) . . . . . » 102
Fra Mauro Vidonich e Giacomo Arar da Bischoflack per uno scambio di merci (olio e ferro) . . . . . » 105
Società fra Quirino da Veglia e Tomaso remaio per la vendita di remi » 107
Fra Rizzardo da Fermo e Vorico da Lubiana per uno scambio di merci (olio e ferro) . . . . . » 107
Fra Adamo da Fermo e Urbano Cresinich per uno scambio di merci (olio e falci) . . . . . » 108
Fra Nicolò Micolich ed Ermanno Cresinich c. s. . . . . » 108
Fra Adamo da Fermo e Vorico da Lubiana per uno scambio di merci (olio e ferro) . . . . . » 109
Fra il giudice Nicolò Micolich e Vorico da Lubiana c. s. . . 109
Fra Adamo da Fermo e Iurlino da Bischoflack per uno scambio di merci (cotone e ferro) . . . . . » 122
Società fra Martino orefice e Giorgio Buzzi da Ortona . . . . » 124
Fra Nicolò Micolich e Giacomo Arar da Bischoflack per uno scambio di merci (olio e ferro) . . . . . » 126
Fra Rizzardo di Lodovico da Fermo e Vorico calzolaio da Lubiana per uno scambio di merci (olio e ferro) . . . . . » 130
Fra Nicolò Micolich e il calzolaio Vorico c. s. . . . . » 130
Fra Adamo da Fermo e Vorico c. s. . . . . » 131
Fra Adamo da Fermo e Vorico per uno scambio di merci (olioe ferro) » 145
Fra Prodano da Pago e Gregorio da Brisevizza per uno scambio di merci (vino e frumento) . . . . . » 148
Fra gli stessi c. s. . . . . » 154
Fra Rizzardo da Fermo e Giacomo Arar da Bischoflack per uno scambio di merci (olio e ferro) . . . . . » 159
Fra Rizzardo da Fermo e Giorgio Florian da Lubiana per uno scambio di merci (olio e uva passa e ferro) . . . . . » 162
Fra Rizzardo da Fermo e Vorico da Lubiana per uno scambio di merci (olio e ferro) . . . . . » 163
Fra Marino da Sampalai (?) e il barbiere chirurgo maestro Paolo Vidotich . . . . . » 173
Fra Luca Cavretich e Gregorio segatore per la vendita di legnami » 173
Fra Pietro Marino da Fermo e Pietro Pochlenech da Biscoflack per uno scambio di merci (zafferano e ferro) . . . . . » 174

Fra Nicolò Rheinthaler ammalato e il medico curante Giacomo da Venezia . . . . . pag. 188
Pietro qm Agostino da Gubbio vende a maestro Nicolò da Venezia 500 fusti da balestra . . . . . » 193
Fra Pietro Pertusano e Simone Pilar per la segatura di certe assi » 206
Società commerciale fra Giovanni Franco da Costanza e Gaspare da Bischoflack . . . . . » 208
Convenzione fra la confraternita di San Giovanni flagellato di Castua e Stefano Mortath . . . . . » 211
Fra la confraternita di San Michele di Fiume e il prete Vito Scolich per messe domenicali . . . . . » 212
Fra Nicolò Micolich, Adamo da Fermo e Giacomo Arar da Bischoflack per uno scambio di merci . . . . . » 219
Fra Adamo da Fermo e Giacomo Arar per uno scambio di merci (olio e ferro) . . . . . » 220
Nicolò Micolich noleggia una nave di Cola Grandaçi di Trani . » 222
Fra il detto Nicolò e Adamo da Fermo, e Vorico Macovaz e Matteo Curipoio da Lubiana per uno scambio di merci (olio e ferro) » 233
Fra i due primi e Lorenzo da Bischoflack c. s. . . . . » 233
Fra gli stessi e Giovanni Cramar da Bischoflack c. s. . . . . » 234
Fra gli stessi e Giorgio da Stein c. s. . . . . » 234
Fra Ser Forte da Curzola e il giudice Vito Rosso che deve procurargli 200 remi da galea . . . . . » 237
Fra Adamo da Fermo e Simone Pilar per uno scambio di merci (vino e assi) . . . . . » 238
Fra Tomasino da Veglia e Giovanni da Cividale per la compera e vendita di pelli d'agnello . . . . . » 247
Fra Paolo da Recanati e Vito Matronich che gli fornirà un carico di ferro . . . . . » 248
Fra Pietro Marino da Fermo e Martino Clemen da Bischoflack per uno scambio di merci (olio e ferro) . . . . . » 249
Fra Paolo Lustalar da Lubiana e Nicolò Micolich per uno scambio di merci (cuoio e olio) . . . . . » 254
Fra Dorotea moglie di Matteo Rançich e Paolo Cresolich che riprende al proprio servizio un figlio di lei fuggito . . . . . » 255
Società fra Nicolò Micolich, Adamo da Fermo e Nucio da Ortona per vendere del vino . . . . . » 256
Fra Nicolò Micolich, Adamo da Fermo e Paolo Lustalar da Lubiana per uno scambio di merci (olio e cuoio) . . . . . » 259
Fra Vorico da Lubiana e Nicolò Micolich e Adamo da Fermo per uno scambio di merci (ferro e olio) . . . . . » 265
Fra Carlo e Girolamo Morosini e il giudice Tonsa per un carico di remi che questi loro vende . . . . . » 266
Fra Ilsa moglie di Paolo qm Luca e i figli di primo letto ai quali vende la sua parte dei beni ereditati dal primo marito Ser Mosè da Pago . . . . . » 273
Fra Paolo Cimali e Tomaso remaio per un carico di remi . . . » 280

Fra il Comune e mastro Giorgio da Zara per l'inalzamento della chiesa del Duomo . . . . . pag. 282
Fra il giudice Nicolò e lo stesso per lavori al Duomo . . . . . » 283
Fra Teodoro e Vito Mateievich e Mauro Vasmiçich che s'obbliga a tirare le loro reti . . . . . » 294
Fra Antonio di Ser Sanctis da Pesaro e Vito Matronich che promette di procurargli un carico di chiodi, il cui prezzo ha già ricevuto . . . . . » 307
Fra Lemo Nani e Francesco Zicareli e il giudice Matteo per la compera di ferro . . . . . » 311
Fra Matteo Bobnar e Nicolò Micolich e Adamo da Fermo per uno scambio di merci (ferro e olio) . . . . . » 317
Fra Bartolomeo Matteucci, Matteo di Donato e Nucio da Ortona per uno scambio di merci (ferro e olio) . . . . . » 317
Fra Nicolò Micolich e Paolo Cimal da Venezia per la compera di semi » 323
Fra il Comune e il chirurgo Tomaso da Venezia per l'esercizio dell'arte sua . . . . . » 324
Nicolò Rheinthaler dà alcune pecore ad allevare a Crismano da Vragna . . . . . » 334
Fra i soci Nicolò Micolich e Adamo da Fermo e Giovanni de Vetrarijs francese per uno scambio di merci (olio e pelli) . . pag. 335—336
Fra Antonio de Terenzi da Pesaro e Ser Bernardo Perucci da Firenze per la compera e vendita di certo ferro . . . . . pag. 362
Di società fra gli stessi per la vendita di un carico di frumento . » 363
Fra Matteo Bolff di Clana e Paolo da Otočac che vuol sposargli la figlia . . . . . » 364
Fra Leonardo da Stein e Mauro Vidonich per uno scambio di merci (ferro e olio) . . . . . » 381
Fra Acacio da Stein e i soci Nicolò Micolich e Adamo da Fermo per uno scambio di merci . . . . . » 387
Fra Bartolomeo Matteucci e Giovanni da Vienna per uno scambio di merci . . . . . » 393
Società fra Matteo Çersato e Pietro Slactich per la pesca . . . . » 396
Fra Antonio de Terenzi e Paolo da Scrissa per la compra e vendita di frumento . . . . . » 405
Società fra Nicolò Micolich e Buonagiunta Borsarelli per la vendita di pelli . . . . . » 409

9. CONTRATTI DI LAVORO.

Matteo da Nona prende per 5 anni al proprio servizio Zaccaria figlio di Fabiano Golaç mugnaio . . . . . pag. 54
Stefano qm Calmino da Delnice si mette per otto anni a bottega dal sarto mastro Vito per apprendere l'arte . . . . . » 86
I fratelli Marco e Ambrogio Radolich danno una vigna a mezzeria a Demetrio già loro servo . . . . . » 133

Ambrogio qm Matco si mette per sei anni a bottega del tagliapietra Antonio da Pesaro per apprender l'arte . . . . . pag. 155
Bartolomeo dall'Acqua Clovca prende per un anno al proprio servizio Pietro da Scorovoie . . . . . » 177
Petruccio di Cola Stopa da Barolo prende per tre anni al proprio servizio Giovanni del fu Giorgio di Ceruse . . . . . » 192
Lo stesso prende al proprio servizio Elena del fu Giovanni da Plasse » 192
Filippa vedova di Lorenzo colloca un suo figliolo per sei anni a bottega di mastro Nicoletto balestriero . . . . . » 198
Antonio di maestro Ghino da Pesaro prende a servizio per cinque anni Giorgio qm Pietro da Iapra . . . . . » 200
Giovanni Lisiçich colloca suo figlio Pietro per sei anni a bottega presso Antonio Buserna balestriero da Venezia . . . . . » 201
Giacomo de Rim da Capodistria prende per un anno al suo servizio Lorenzo di Nicolò . . . . . » 213
Cola Grandaçi prende per due anni a servizio Matteo di Biagio da Scrissa . . . . . » 231
Grisano del fu Martino dà una vigna a mezzeria a Simone di Drevenico . . . . . » 240
Abramo ebreo da Pesaro prende per due anni a servizio Marco da Verbas . . . . . » 246
Benedetto da Pecherçe calzolaio prende per quattro anni a bottega Paolo di Benedetto da Rovenece . . . . . » 252
Cristoforo Donato remaio da Venezia prende per cinque anni a bottega Giacomo di Paolo da San Demetrio . . . . . » 253
La confraternita di S. Michele dà un terreno a mezzeria a Fabiano Iuaçich . . . . . » 258
Mastro Antonio tagliapietra da Pesaro prende per quattro anni a servizio Antonio . . . . . » 261
Mastro Biagio carpentiere prende per sette anni a bottega Marco di Sebastiano Golaz . . . . . » 298
Mastro Antonio tagliapietra e muratore prende a servizio Gregorio qm Gherdaço da Crisovac . . . . . » 304
Nicolò Micolich dà a mezzeria ad Elia le sue vigne di Laurana . » 322
Vito Zovanich dà a mezzeria una vigna a Xivico . . . . . » 324
Mastro Giorgio da Zara prende come garzone per dieci anni Mauro figlio di Eufemia . . . . . » 339
Tomaso remaio prende come garzone per un anno Antonio qm Giorgio Susich . . . . . » 347
Biagio (o Benedetto) pittore prende come garzone per otto anni Pietro di Stefano da Clocoz . . . . . » 348
Antonio tagliapietra da Venezia prende come garzone per dieci anni Fabiano di Stefano da Clocoz . . . . . » 348
Giovanni Bono da Spalato prende per tre anni a servizio Leonardo di Giovanni Banni da Castua . . . . . » 389
Giovanni Chematovich colloca la figlia Orsola a servizio presso Nicolò Rheinthaler . . . . . » 401

10. AFFITTI.

D'una casa e d'un terreno di Quirino Suanich a mastro Giovanni da Zara . . . . . pag. 26
D'una vigna di Vito di Zuane a Simone Vidich . . . . . » 45
D'una vigna di Antonio Pertusano a Benedetto da Zagabria . . . » 153
D'una casa di Giorgio da Drevenico a Matteo da Iapra . . . . . » 301
D'una parte di alcuni molini di Vito qm Matteo a Simone Pilar » 341
D'una vigna dell'arcidiacono a Francesco figlio del prete Çicada da Castua . . . . . » 346
Giusta moglie di Michele da Castua affitta una vigna a Paolo d' Ungheria . . . . . » 352
Antonia moglie di Gregorio Mochiinich affitta una casa a Giovanni qm Radô . . . . . » 355
Gregorio Morganich da Zara dà in affitto e usufrutto a Damiano da Zara una casa, una vigna e un orto . . . . . » 391

11. PROTESTI.

Di frate Antonio da Pago contro Vito Matronich . . . . . pag. 28
Di Agabito contro l'asta della casa di Simone a Laurana . . . . » 32
Del giudice Vito Çovanich contro mastro Giovanni che non gli restituisce un cavallo prestatogli . . . . . » 36
Dell'arcidiacono contro prete Marco Radolich che lo ha offeso . . » 39
Del giudice Nicolò contro Giovanni Çunach di cui aveva noleggiato una marciliana . . . . . » 64
Di Pietro Pertusano contro Leonardo da Stein per ferro non avuto » 66
Di Radoslavo pellaio contro Paolo Mortatich per pelli d'agnello non avute . . . . . » 71
Di Quirino qm Michelino contro Adamo da Fermo e viceversa . » 73
Di Adamo da Fermo contro Tomaso di Ludovico che gli ha venduto mezza caracchia aggiudicata agli eredi di Michelino da Veglia » 76
Dello stesso contro gli eredi di Michelino . . . . . » 77
Di Nicolò Marchovich contro Adamo da Fermo nella stessa questione » 77
Di Ambrogio Lustalar contro un sequestro d'olio . . . . . » 81
Del giudice Paolo qm Ser Marco contro i suoi pescatori . . . . » 92
Del Capitolo contro il prete Marco Radolich che non fa lavorare bene due vigne che ha a livello . . . . . » 102
Di Matteo Çersato contro Matteo qm Donato per danni avuti . . » 103
Di Giovanni de Galianis da Rimini contro Paolo Cimal da Murano per aver questi mancato al contratto . . . . . » 116
Di prete Giorgio Susich contro il barbiere Giusto Vidotich . . . » 117
Di Ser Tonsa contro Vito qm Matco per mancato contratto . . . » 128
Del giudice Cosma, procuratore della chiesa di S.ta Maria, contro Teodoro qm Domenico che ne usurpa una casa . . . . . » 132
Di Pietro Srinschiach da Veglia contro Matteo qm Donato che contro sua volontà gli ha condotto la moglie nelle Marche . . . » 133

Di Ser Menelao da Venezia contro certe pretese di Luca da Ragusa pag. 139
Del giudice Paolo qm Marco contro un incanto . . . . . » 161
Di Toscano di Zanobi contro prete Antonio Visignich . . . . . » 175
Di Nicolò Micolich, Adamo da Fermo e Valentino qm Iurlino contro Giacomo Bucii da Ortona per certo ferro venduto . . . . » 176
Del giudice Paolo contro Ser Tonsa di cui fu fideiussore . . . . » 179
Di mastro Nicolò contro Luca da Ragusa per patti da questo violati » 183
Di Simone da Bribir contro Matteo d'Ancona di cui fu fideiussore » 187
Di Giacomo Cigantich contro Francesco fabbro comproprietario con lui d'una barca . . . . . » 187
Di Luca da Ragusa contro il calafato mastro Nicolò da Venezia che non gli finisce una caracchia . . . . . » 190
Di Ser Tonsa contro alcuni ignoti che gli rubarono alcuni remi . » 193
Di Giovanni Barlech contro Ser Ancelino e Martino orefice che non vogliono pagargli il dazio dell'olio da lui loro portato . . . . » 196
Di Giacomo Micolich contro Lillo e Ambrogio d'Ancona e soci per patti da essi violati . . . . . » 199
Di Castelino da Pesaro contro Giorgio da Drevenico insieme col quale ha preso in appalto il dazio della misura del vino . . » 200
Di Ser Ançelino contro Antonio da Fermo per ferro sequestratogli da esso . . . . . » 201
Di Domenico carpentiere in nome del cognato Grisano qm Martino contro Grisano Toncovich suo mezzadro che non vuol lavorargli la vigna . . . . . » 224
Di Pietro Pertusano contro Simone Pilar per patti non mantenuti » 226
Di Quirino de Grimanis contro Giovanni tedesco che non vuol uscire dalla casa che più non tiene in affitto . . . . . » 250
Di Prodano da Pago, gastaldo della confraternita di S. Michele, contro Giusto Vidotich, barbiere . . . . . » 266
Di Giovanni Tomiçich contro Lazzaro di Ser Boncina per un furto da questi commesso . . . . . » 272
Di Vito Rosso contro Giovanni da Castua, remaio, che non vuol dargli i remi ordinati nè restituirgli il denaro . . . . . » 279
Di Ambrogio qm Matteo contro Giov. Brigada che gli trascura la vigna . . . . . » 281
Di Antonio da Pesaro contro il giudice Matteo di Donato per certi vasi di vino non restituiti . . . . . » 284
Di Domenico, detto Dominach, contro Stefano Calleli per cui aveva garantito . . . . . » 289
Di Matteo Schof da Marano contro Paolo Cimal che dopo avergli noleggiata la nave gli fa perder tempo inutilmente . . . . » 290
Di Valentino Iurlinovich contro Frate Alberto priore degli Agostiniani . . . . . » 307
Di Giorgio Crovaç contro Giovanni Chergnel circa un cavallo rubato » 309
Di Giovanni Barlech contro il Chergnel nella stessa questione . . » 322
Di Stefano da Marano contro Paolo Cimal, che dopo avergli noleggiata la nave non mantiene i patti . . . . . » 327

Di Gregorio qm Andrea e Andrea di Marco da Ivanze contro il cap.o di Tersatto che fece loro rubare dei porci . . . . . pag. 331 e 338
Di Biagio Cicolini da Pesaro contro Michele da Montesanto e Antonio socio di lui che gli impediscono di salire nella sua propria marciliana . . . . . pag. 360
Dell'abate di Preluca contro Giovanni merciaio che ha una casa in affitto e non osserva i patti . . . . . » 394
Di Giorgio qm Allegretto da Venezia contro Giovanni Ielencovich da Buccari che l'accusa falsamente di furto . . . . . » 394
Di Mauro Vidonich contro Matteo qm Donato per morosità in un pagamento . . . . . pag. 406
Di Prodano da Pago contro Nicolò Micolich, Vito Matronich e Michele calzolaio per una fideiussione . . . . . » 416
Dello stesso contro Stefano Mortath per la stessa cosa . . . . . » 416
Di Vito Matronich contro Stefano Mortath nella stessa questione » 417
Di Quirino Spinzich circa una fideiussione . . . . . » 418

12. ACCOMODAMENTI.

Fra Pietro Pertusano e Bartolomeo de la Çichina . . . . . pag. 8
Fra Ser Castelino da Pesaro e Giovanni Vagnareli . . . . . » 14
Fra Giovanni Misuli capitano di Castua e Nicolò Marolich da Castua . . . . . » 27
Fra Radena, vedova di Matteo pellaio, e il pellaio Nicolò Repeglia » 44
Fra Simone Oslich e Volcho da Laurana . . . . . » 48
Fra Agabito di Giorgio Diraçich e il giudice Simone Tolchovich » 79
Fra il giudice Ivacio qm Biagio e Damiano del fu Ser Dragogna da Pago . . . . . » 86
Fra Ser Tonsa e Paolo Conopse da Ribiniça . . . . . » 103
Fra Martino qm Bartolo da Gačka e Barbara vedova di Matlino da Vragna . . . . . » 112
Fra Pietro de Senis procuratore di Giovanni de Galianis e Paolo Cimal da Murano . . . . . » 116
Fra Paolo Lustalar da Lubiana e Raffaele da Fossombrone . . . » 123
Fra Pietro de Senis procuratore di Giovanni de Galianis e Vito qm Matco . . . . . » 131
Fra il detto Pietro e Teodoro qm Domenico . . . . . » 136
Fra Domenica Forforina e Stoica sua serva . . . . . » 140
Fra Vorico da Lubiana e Valentino qm Iurlino . . . . . » 147
Fra Adamo da Fermo e Quirino di Michelino da Vlachi . . . . » 168
Fra i carpentieri Giovanni e Crismano e il giudice Volcina circa il pagamento d'un loro lavoro nella chiesa di S. Elena di Castua » 291
Fra Simone qm Pietro da Pago e Giovanni qm Rilzich . . . . » 337
Fra Giorgio da Drevenico e Matteo Cersato . . . . . » 341
Fra Tomasino da Caldana e Onofrio da Sto Elpidio, ... » 402

13. COMPROMESSI.

Fra Vito Barolich e Marsa Xupagna . . . . . pag. 90
Fra Matteo di Donato e Stefano di Marco Calleli . . . . . » 240
Fra Raffaello da Fossombrone e Simone di Giovanni da Ascoli » 369

14. DEBITORIALI.

Di Lorenzo da Barcellona verso Castelino da Pesaro per ferro comperato . . . . . pag. 10
Degli eredi di Mosè da Pago verso un loro servo Marco . . . » 10
Di Giorgio Baloch da Lubiana verso Adamo da Fermo per olio comperato . . . . . » 11
Di Masio qm Antonio da Barletta verso Nicolò Micolich per ferro e catene comperate . . . . . » 13
Di Castelino da Pesaro e sua moglie Dobriza verso Giorgio Soch da Bischoflack per ferro comperato . . . . . » 16
Del giudice Mauro Vidonich fideiussore del giudice Damiano del fu Matteo verso Giacomo da Bischoflack per ferro comperato » 16
Di Grisano Labutich verso Lorenzo qm Michsa da Prem per una vigna comperata . . . . . » 19
Di Antonio da Monte Alboddo a nome di Pietro Vitali d'Ancona verso Martino orefice qm Domenico da Segna per un mutuo » 24
Di Matteo Matcovich, parroco di Picchetto, verso Tomasino da Veglia per un mutuo . . . . . » 29
Di Luciano da Bischoflack verso Nicolò Micolich per olio comperato » 33
Di Giacomo Arar da Bischoflack verso il medesimo c. s. . . . » 34
Di Domenico qm Pietro da Medolino verso Giorgio Strachonich calafato per la riparazione d'una marciliana . . . . . » 36
Di Matco cappellaio da Castua verso Martino da Elsach per un mutuo . . . . . » 37
Di Nicolò cadorino e Giacomo ungaro verso Nicolò Micolich per olio comperato . . . . . » 38
Di Castelino da Pesaro verso Vito qm Matco per un terreno comperato . . . . . » 39
Di Francesco qm Martino fabbro verso Adamo da Fermo per una garanzia . . . . . » 39
Di Lorenzo Brisover da Lubiana verso Adamo da Fermo per olio » 41
Di Giacomo Leopolth da Bischoflack verso il medesimo c. s. . . » 41
Di Giorgio Scurianaç c. s. . . . . » 42
Di Treglia moglie di Martino Passatore verso Bortolo de la Çichina per un mutuo . . . . . » 42
Della moglie di Bachia verso Martino Tercich . . . . . » 42
Di Mauro Vidonich verso Nicolò Micolich per una garanzia . . » 43
Di Lepiza moglie del giudice Damiano verso il giudce Mauro Vidonich . . . . . » 44
Di Giacomo da Craie verso Adamo da Fermo per vino comperato » 45
Di Luca da Posana verso Martino orefice da Segna per un mutuo » 47

Di Stefano Cernolich verso Prodano da Pago per vino comperato pag. 48
Di Andrea da Bistriza verso Nicolò Micolich per vino comperato » 50
Di Vito sarto verso il giudice Paolo per una garanzia . . . . » 54
Di Giorgio Baloch verso Adamo da Fermo per vino comperato . . » 56
Di Vorico, servo del capitano, verso Adamo da Fermo per una garanzia . . . . . » 56
Di Vasma Ivich da Grobnico verso Dorotea del fu giudice Martino per parte d'un mulino . . . . . » 58
Di Matteo Çersato verso Vito Zovanich per una casa comperata . » 58
Di Tonsa qm Nicola verso Nicolò Micolich per olio comperato . » 59
Dello stesso verso lo stesso e Adamo da Fermo per olio comperato » 60
Di Matteo qm Donato verso Antonio Pertusano per una garanzia » 60
Di Stefano Mortath verso Prodano da Pago per vino comperato » 65
Del giudice Bachino verso Pietro Rasar sarto servo del Capitano per un mutuo . . . . . » 65
Di Bartolo de la Çichina verso Prodano da Pago per un mutuo » 68
Di Michele da Los verso Adamo da Fermo per un mutuo . . . . » 71
Di Antonio Pertusano verso Francesco di Domenico da Ancona per cotone . . . . . » 73
Di Tomaso da Castua verso Adamo da Fermo per un mutuo . . » 74
Di Matteo di Donato verso Pietro Pertusano per un mutuo . . . » 75
Di Antonio del fu Giacomo da Udine verso Giorgio di Stefano da Drevenico per una caparra avuta per la fornitura di tegole . » 78
Di Mattia del fu Marco da Iapra verso Agnese vedova di Lucacio per una casa comperata . . . . . » 80
Di Pietro Cudoxelexo verso Adamo da Fermo per il prezzo d'una quantità di ferro . . . . . » 82
Del giudice Damiano del fu Matteo da Zara verso Giorgio qm Floro Morganich da Zara per un mutuo . . . . . » 85
Di Giovanni del fu Ser Marco Schiavi e Giacomo qm Angelo da Venezia verso Martino orefice da Segna per legname comperato » 87
Di Eberardo da Pesaro verso Adamo da Fermo per ferro comperato » 89
Di Gasperino qm Matlino verso Luca del fu Biagio da Ragusa per vino comperato . . . . . » 89
Di Luca Dubich da Castua verso Martino orefice per il prezzo d'un carico d'assi . . . . . » 90
Di Giacomo Arar verso Nicolò Micolich per un mutuo . . . . » 91
Di Tonsa qm Nicola verso Nicolò Micolich per olio comperato » 92
Di Giorgio Terdoxelexo verso Adamo da Fermo per olio comperato » 93
Di Ser Forte da Curzola verso Nicolò Micolich per un mutuo . » 95
Di Matteo Çersato verso Damiano qm Ser Dragogna da Pago . » 95
Di Vito sarto verso il giudice Vito Çovanich per vino comperato » 98
Di Mauro Basmiçich verso Vito Matronich per assi comperate . » 99
Di Vito sarto verso Guglielmo da Bergamo per panno comperato » 100
Di Marino di Cociano da Los verso Adamo da Fermo per olio comperato . . . . . » 101
Di Ravino qm Martino da Pago verso Vito qm Matco per un mutuo » 104

Di Quociano da Los verso Adamo da Fermo per olio comperato . pag. 105
Di Matteo Çersato verso Luca da Posana per assi comperate . » 111
Di Stefano Mortath verso Giovanni da Veglia . . . . . » 113
Di Stefano Mortath verso Nicolò Micolich per un mutuo . . . » 114
Del giudice Paolo del fu Ser Marco e Teodoro del fu Domenico verso il giudice Svetina da Selaç per panno comperato . . » 117
Del barbiere Paolo Vidotich verso l'arcidiacono . . . . . » 118
Di Francesco qm Martino, fabbro, verso Adamo da Fermo per cotone » 120
Del giudice Nicolò Micolich verso Nicolò Zanetich da Bischoflack per ferro comperato . . . . . » 121
Di Giacomo Arar da Bischoflack verso Mauro Vidonich per un mutuo » 122
Di Giorgio Glada, calzolaio, verso Prodano da Pago per tegole comperate . . . . . » 123
Di Benedetto sarto da Pago verso Nicolò Rheinthaler per una casa comperata . . . . . » 126
Di Giovanni Belstelfer orefice verso Giacomo Arar per ferro comperato . . . . . » 127
Di Paolo merciaio verso Giovanni Cusenfeni per coltelli comperati » 128
Di Benedetto da Zagabria verso Margherita Schipariça da Krainburg per una casa comperata . . . . . » 129
Di Agabito Diraçich e Giorgio sarto verso Giovanni Nicolò Salei da Rimini per vino comperato . . . . . » 134
Di Martino Çerh da Bischoflack verso Adamo da Fermo . . . . » 135
Di Tomaso remaio da Buccari verso Quirino Parçich da Veglia per un mutuo . . . . . » 140
Di Ser Castelino da Pesaro verso Martino Raunacher per un mutuo » 142
Di Francesco fabbro verso i fratelli Biagio e Giovanni da Caisole per una vigna comperata . . . . . » 145
Di Nicolò Micolich verso Nicolò Çanetich da Bischoflack per ferro comperato . . . . . » 146
Di Quirino da Srigne verso Caterina ved. di Pietro per una vigna comperata . . . . . » 147
Di Antonio Perdelich verso Simone Oslich per una vigna comperata » 148
Di Giovanni Misuli verso Oldorico Ungerspach capitano di Guteneck per un mutuo . . . . . » 149
Di Giorgio Cigantich verso Toscano qm Zanobi per un mutuo . » 150
Di Ser Tonsa verso Nicolò Micolich . . . . . » 150
Di Giovanni Barlech verso lo stesso per un mutuo . . . . . » 151
Di Paolo merciaio e sua moglie verso Adamo da Fermo per cotone e fichi comperati . . . . . » 152
Di Mauro Vidonich verso Nicolò Micolich per un mutuo . . . » 153
Di Marino da Cociano da Los verso Adamo da Fermo per olio comperato . . . . . » 156
Di Damiano verso Vito qm Matco per una vigna comperata . . » 156
Di Martino beccaio, fideiussore di Marino da Los verso Adamo da Fermo . . . . . » 157

Di Vito sarto verso Giacomo de Rim da Capodistria per vino comperato . . . . . pag. 158
Di Stefano Cernolich verso Prodano da Pago per vino comperato » 161
Di Bernardo da Lubiana verso Adamo da Fermo . . . . . » 162
Di Mattia da Iapra verso Adamo da Fermo per un mutuo e olio comperato . . . . . » 165
Di Vito sarto verso Vito figlio dell'arcidiacono per vino comperato » 165
Di Ser Castelino verso Prodano da Pago per un mutuo . . . » 167
Dei coniugi Martino e Draga Grubich verso Giacomo calzolaio da Krainburg per un mutuo . . . . . » 170
Di maestro Giovanni Belsterfer orefice verso Giorgio Belaver veneziano per vino comperato . . . . . » 170
Di Gregorio Conopse verso Adamo da Fermo per olio comperato » 171
Di prete Matteo, Giovanni Chernich, Benedetto satnico, tutti di Picchetto. verso Martino Raunacher per un mutuo . . . . » 172
Di Giacomo Arar verso Nicolò Micolich per olio comperato . . . » 172
Dello stesso verso lo stesso . . . . . » 175
Del giudice Mauro Vidonich verso Paolo Lustalar da Lubiana per ferro comperato . . . . . » 176
Di Simone Pilar verso Simone da Ascoli . . . . . » 178
Di Ambrogio Radolich verso Simone da Ascoli per carni salate comperate . . . . . » 178
Di Lorenzo Labutich verso Agnese vedova di Luca per una casa comperata . . . . . » 181
Di Cecilia moglie di Ilia verso Vito Matievich per una fideiussione » 182
Di Anzelino e Castelino verso Andrea da Marano c. s. . . . » 184
D Raffaele da Fossombrone verso Martino Raunacher . . . . » 184
Di Stefano e Gallo calzolai da Zagabria verso Giovanni qm Pietro de Chiavi per pelli comperate . . . . . » 188
Di Bartolomeo da «Acqua di Clovea» verso Castelino da Pesaro per una fideiussione . . . . . » 191
Di Giacomo pellaio verso l'orefice Martino per cuoi comperati » 194
Di Voino da Sebenico verso Francesco fabbro per una barca comperata . . . . . » 194
Di Michele Pinçich & Giorgio Chluch. ambi da Bischoflack. verso Pietro Marino da Fermo per olio comperato . . . . . » 195
Di Vito Matronich verso Nicolò Rheinthaler per vino comperato » 197
Di Biagio pellaio verso Vito Matievich per un mutuo . . . . . » 197
Di Marino di Giovanni da Trieste verso il giudice Nicolò Micoliche per olio comperato . . . . . » 202
Di Bartolomeo da Bischoflack verso Pietro Marino da Fermo per olio comperato . . . . . » 203
Di Giovanni Maçach da Bischoflack verso lo stesso per olio comperato . . . . . » 203
Di Bolder Sailder da Bischoflack c. s. . . . . » 205
Di Giusto barbiere c. s. . . . . » 206
Di Paolo Lustalar da Lubiana c. s. . . . . » 207

Di Pietro Marino da Fermo verso Matteo Soster da Bischoflack per ferro comperato . . . . . pag. 211
Del giudice Nicolò Micolich verso Pietro Viçach da Bischoflack per ferro comperato . . . . . » 213
Di Giorgio sarto verso Adamo da Fermo per vino comperato . . » 217
Del giudice Mauro Vidonich verso Giovanni da Krainburg per ferro comperato . . . . . » 218
Di prete Luciano da Cherso verso Nicolò Micolich e Adamo da Fermo » 218
Di Martino di Giorgio da Zara verso Nicolò Micolich e Antonio da Fermo per olio, ferro e acciaio comperati . . . . . » 220
Di Pietro Marino da Fermo verso Pietro Pertusano da Capodistria per merci comperate . . . . . » 221
Di Giovanni Belsterfer orefice verso Pietro Pertusano per una vigna comperata . . . . . » 223
Di Benedetto da Zagabria verso lo stesso per masserizie comperate » 223
Di Maso da S. Vito di Ortona verso Nicolò da Ascoli per un mutuo » 225
Di Simone Pilar verso Pietro Pertusano per un mutuo . . . . » 227
Di Giacomo cappellaio verso prete Giorgio Susich per una vigna comperata . . . . . » 228
Di prete Marco Radolich verso Vito Rosso per un mutuo . . . . » 229
Di Matteo Laus verso Matteo di Donato per un mutuo . . . . » 232
Di Vito Matronich verso Ançelino Bonfiolo da Firenze per ferro comperato . . . . . » 232
Di Ser Castelino verso Giovanni beccaio e Osvaldo mugnaio per ferro comperato . . . . . » 235
Delo stesso verso Pietro Viçac da Bischoflack per ferro comperato » 236
Dello stesso verso Giacomo Blagonar da Bischoflack per ferro comperato . . . . . » 236
Di Raffaele da Fossombrone verso Giovanni Slaticuraz per una fideiussione . . . . . » 237
Dei coniugi Cernolich verso Adamo da Fermo per un mutuo . . » 238
Di Simone Pilar verso Simone di Vanni Mucii da Ascoli . . . . » 239
Di Martino qm Zanino verso Matteo di Donato per ferro comperato » 240
Di Bonaventura e Abramo ebrei di Pesaro verso Pietro Marino da Fermo per un mutuo . . . . . » 242
Dei medesimi verso il giudice Matteo di Donato . . . . . » 242
Dei medesimi verso il giudice Mauro Vidonich . . . . . » 243
D Giuseppe ebreo verso Giovanni di Simone Vidulini da Ancona per un mutuo . . . . . » 243
Di Paolo da Busana verso il giudice Vito Rosso per due molini comperati . . . . . » 244
Di Ser Castelino, Ser Raffaele da Fossombrone, Giorgio da Drevenico e Giorgio sartore verso Giorgio Morganich per una fideiussione . . . . . » 244
Di Lepiça moglie del giudice Damiano verso il giudice Paolo per una fideiussione . . . . . » 248
Di Quociano da Los verso Adamo da Fermo per olio comperato . » 249

Di Vito Matronich verso la chiesa di Sta Maria per terreni comperati . . . . . pag. 250
Di Paolo Cresolich verso Rizzardo da Fermo per una fideiussione . » 252
Di Giovanni Macagnan verso la vedova e la figlia di Marco Xupelich per una vigna comperata . . . . . » 254
Di Stefano Cernolich verso il genero Giovanni Çorçeuich per un mutuo » 256
Di Vito Matronich verso Nicolò Rheinthaler per un mutuo . . . » 257
Di prete Marco Radolich verso frate Benedetto da Cremona per un mutuo . . . . . » 257
Di Nicolò Mato verso Adamo da Fermo e Nicolò Micolich per olio comperato . . . . . » 260
Di Martino Çerh da Bischoflack verso Bartolomeo Matteucci da Fermo per zafferano comperato . . . . . » 261
Dei fratelli Bortolo e Giacomo Misuli verso Mattia Soster da Bischoflack per ferro comperato . . . . . » 262
Di Vito Matronich verso Nicolò Çanetich per ferro comperato . » 263
Di Matteo qm Donato verso Paolo Lustalar per cuoia comperate . » 263
Di Paolo Lustalar verso Nicolò Micolich e Adamo da Fermo per salnitro comperato . . . . . » 264
Degli eredi del giudice Misuli verso Antonio qm. Ser Andregeto per un mutuo . . . . . » 268
Di Giorgio sartore verso Marco Radenevich o Gregorio Gexidovich per porci avuti . . . . . » 268
Di Gregorio Gexidovich verso il giudice Matteo di Donato per un prestito . . . . . » 269
Di Nicolò Rheinthaler verso Pietro Traonath per un mutuo . . » 271
Di Martino qm Çanini verso Giovanni Matteucci da Fermo per olio comperato . . . . . » 273
Di Nicolò qm Mosè da Pago verso il cognato Nicolò Rheinthaler per un mutuo . . . . . » 274
Di Domenico da Albona verso Marco Radenevich per porci comperati . . . . . » 275
Del giudice Matteo verso Battista Cachi da Fermo suo socio . . » 276
Di Gregorio Gexidovich verso il giudice Matteo di Donato per un mutuo . . . . . » 278
Di Giorgio Cotovich verso Simone Tolchovich . . . . . » 279
D Paolo Lustalar verso Adamo da Fermo per un mutuo . . . . » 279
Di Biagio calzolaio verso lo stesso per lo stesso . . . . . » 280
Di Matteo Çersato verso Radna ved. del calzolaio Matteo . . . » 281
Dei coniugi Cernolich verso Raffaele da Fossombrone per un mutuo » 290
Dei giudici Damiano e Vito Matronich verso Valentino Iurlinovich per vino comperato . . . . . » 292
Di Mauro Vidonich verso Nicolò Rheinthaler per vino comperato » 293
Di Nicolò da Castua verso Giorgio da Drevenico per una vigna comperata . . . . . » 294
Di Tonsa qm Nicola verso Giovanni figlio di Nicolò de Barnis per olio comperato . . . . . » 297

Di Nicolò Micolich verso Giovanni Rattich per una fideiussione . pag. 299
Di Valentino Iurlinovich e Quirino Spinzich verso Vito Magrulino per castrati comperati . . . . . » 300
Di Grisano Labutich verso Marco Stefanzich per alcuni possessi avuti » 300
Di Bertossa calzolaio verso Martino beccaio per pelli comperate » 301
Di Simone qm Pietro da Zara verso il tintore Matteo di Giovanni da Venezia per un pegno . . . . . » 302
Di Nicolò Micolich verso Bartolomeo da Fermo per una fideiussione » 305
Di Castelino e sua moglie verso Nicolò Micolich per una fideiussione » 306
Di Mauro Vidonich verso Bartolomeo Matteucci per una fideiussione » 306
Di Vito sarto verso il giudice Vito Zovanich per vino avuto . . » 310
Di Martino qm Zanino verso Pietro Traonath per un mutuo . . . » 313
Di Teodoro qm Domenico verso Giorgio da Drevenico per olio comperato . . . . . , ... » 314
Di Martino qm Zanino verso lo stesso Giorgio per un mutuo . . » 314
Di Michele Prasno Vrechia verso Nicolò Micolich e Adamo da Fermo » 315
Di Vito Matronich verso Giorgio da Drevenico per un muto . . » 319
Di Lepiza moglie del giudice Damiano verso Matco Vidaz per una fideiussione . . . . . » 321
Del prete Marco Radolich verso Nicolò Rheinthaler per vino avuto » 325
Del diacono Alessandro verso il detto prete per vino avuto . . » 326
Dell'oste Iurlino verso Valentino Iurlinovich per una casa comperata » 328
Di Guglielmo facchino da Bergamo verso Nicolò Micolich e Adamo da Fermo per olio avuto . . . . . » 328
Dei fratelli Pietro e Gregorio da Studena verso Anna vedova di Vasma da Grobnico per un prestito . . . . . » 329
Di Vito Matronich verso Nicolò Micolich per un prestito . . . . » 330
Dell'orefice Martino da Segna verso Gregorio Stragulich per un terreno murato . . . . . » 332
Di Andrea Tustan verso Nicolò Micolich e Adamo da Fermo per olio comperato . . . . . » 333
Di Vito sarto verso Quirino Spinçich per frumento avuto . . . » 334
Di Giovanni de Vetrariis verso Nicolò Micolich e Adamo da Fermo per olio comperato . . . . . » 336
Di Giacomo Cigantich e Giorgio Petricich verso Nicolò Rheinthaler per vino avuto . . . . . » 336
Di Ambrogio Radolich verso lo stesso c. s. . . . . » 340
Di Matteo Cersato verso Ambrogio Radolich per vino avuto . . . » 341
Di Prodano da Pago verso Cosimo Mircovich . . . . . » 342
Di mastro Giorgio da Zara verso Nicolò Micolich per ferro avuto » 343
Di Mauro Vidonich verso Nicolò Rheinthaler per vino avuto . . . » 344
Di Vorico verso i soci Nicolò Micolich per un prestito e per mandorle avute . . . . . » 349
Di Giovanni Matteucci da Fermo verso Adamo da Fermo per ferro avuto . . . . . » 350
Di Tomasino da Veglia verso Giovanni da Lippa fabbro . . . . » 351
Di Paolo Vidotich verso il signore di Valsee . . . . . » 352

Di Martino beccaio verso i soci Nicolò Micolich e Adamo da Fermo per una fideiussione . . . . . pag. 353
Di Michele Pinçich verso i soci Nicolò Micolich e Adamo da Fermo per olio avuto . . . . . » 356
Di Giovanni Belsterfer verso Giovanni da Selze per una fideiussione » 356
Di donna Lepiza moglie del giudice Damiano verso Matteo Vidaç da Lubiana per una fideiussione . . . . . » 357
Di Nicolò Rheinthaler e Valentino Iurlinovich verso il detto Matteo per ferro avuto . . . . . » 357
Di Giovanni Belsterfer verso Matteo Curipoio per ferro avuto . . » 358
Di Matteo di Donato e la madre di lui verso Paolo Lustalar loro garante . . . . . » 359
Di Lorenzo Labutich verso la sorella Agnese per una casa . . . » 360
Di Giovanni da Segna verso Nicolò da Spalato per un loro concordato » 361
Di Dobriza moglie di Ser Castelino verso Vito Rosso per frumento comperato . . . . . » 363
Di Cociano da Los verso i soci Adamo da Fermo e Nicolò Micolich per olio avuto . . . . . » 367
Di Pietro e Giorgio calzolai verso Quirino Spinzich e Valentino Iurlinovich per lana avuta . . . . . » 368
Di Matteo qm Donato verso Ianes Scuben per ferro avuto . . . » 370
Di Antonio di Ser Sante verso Giovanni Slaticuraz per ferro avuto » 371
Del medesimo verso Giovanni Scuben per ferro avuto . . . . . » 372
Di Quirino qm Vito verso Valentino Iurlinovich per assi e chiodi avuti . . . . . » 372
Di Lorenzo calzolaio da Ancona verso Ser Bonaggiunta da Ancona per una pigione . . . . . » 374
Di Teodoro qm Domenico verso Giacomo Rheinthaler per denari avuti » 375
Di Menelao Michiel da Venezia verso l'orefice Martino per «quadreli» » 380
Di Mauro Vidonich verso Giovanni Schuben da Bischoflack per ferro avuto . . . . . » 382
Dello stesso verso Giovanni Slaticuraz per ferro avuto . . . . . » 382
Dello stesso verso Giovanni Viçah per ferro avuto . . . . . » 383
Dello stesso verso Giovanni merciaio da Bischoflack per ferro avuto » 383
Dello stesso verso Luciano da Bischoflack per ferro avuto . . . . » 384
Di Osvaldo da Bischoflack verso Adamo da Fermo per una casa comperata . . . . . » 384
Di Quirino Spinzich verso Giorgio da Otočac per bestiame avuto » 385
Di Menelao Michiel da Venezia verso Martino orefice per «quadreli» avuti . . . . . » 386
Di Giovanni detto Iagnaç verso Giovanni Bono da Spalato per un mutuo . . . . . » 388
Di Matteo di Donato verso Giovanni Mazach da Bischoflack per vomeri comperati . . . . . » 392
Dello stesso verso Matteo Soster da Bischoflack per ferro comperato » 393
Di Quirino Glavinich verso Michele Chos da Bischoflack per chiodi comperati . . . . . » 394

Di Matteo qm Donato verso Vorico pellaio a saldo d'un debito . pag. 398
Di Domenico del Duca da Veglia verso Giorgio Malgranello da Trieste per spade comperate . . . . . » 400
Di Ambrogio Radolich verso Nicolò Rheinthaler per una fideiussione » 404
Di Quirino Cigantich verso il parroco di Castelmuschio . . . . » 404
Di Dobriza moglie di Ser Castelino verso Giorgio da Drevenico . » 407
Di Nicolò Micolich verso Bonaggiunta Bonarelli per olio . . . » 408
Di Simone Pilar verso Quirino Spinzich per vino comperato . . » 410
Dello stesso verso Nicolò Svetaz per una casa comperata . . . . » 411
Di Vito figlio dell'arcidiacono Matteo verso Giovanni Matteucci per una fideiussione . . . . . » 412
Di Nicolò Çopich allo stesso c. s. . . . . » 413
Di prete Gaspare Cresolich allo stesso c. s. . . . . » 413
Di prete Antonio Visignich verso Quirino Spinzich per una fideiussione . . . . . pag. 414
Di Tomaso remaio verso Martino orefice per travi avute . . . » 415
Di Vita moglie di Giovanni merciaio verso il cognato Vito sarto per un mutuo . . . . . » 415
Di Osvaldo da Bischoflack verso Adamo da Fermo per un mutuo » 418
Di Matteo qm Donato verso il detto Osvaldo per ferro avuto . . » 419
Di Margherita moglie di Gasperino Matlinovich verso Matteo qm Donato per una fideiussione . . . . . » 420
Dei fideiussori di Gasperino Matlinovich verso il detto Matteo . . » 420

15. RICEVUTE E QUIETANZE.

Di Simone Pilar per denari avuti da Ciriaco d'Ancona cui deve fornire delle assi . . . . . pag. 9
Di Giorgio Cusaç per denari ricevuti da Martino Grubich e Giacomo da Pisino . . . . . » 40
Di Vito Matronich per la dote della moglie . . . . . » 50
Di Leonardo da Stein per denari ricevuti da Pietro Pertusano » 51
Di Vito Matronich per denari ricevuti da Pietro Pertusano . . » 74
Di Giorgio Glavinich per la dote della moglie . . . . . » 78
Di Giovanni Scuben per denari d'una garanzia ricevuti dal giudice Nicolò Micolich . . . . . » 152
Di Paolo da Recanati per denari avuti da Biasolo Fantucci da Recanati col quale commercia in società . . . . . » 163
Di Cola Stopa da Barolo per denari avuti dal giudice Matteo del fu Ser Donato . . . . . » 166
Di Biagio da Caisole per denari avuti da Francesco fabbro . . . » 167
Di Martino Satanni castaldo della Fraternita di Sta Maria per denari avuti da Francesco fabbro . . . . . » 171
Di Martino Morganich per denari avuti da Martino orefice . . » 186
Di Biagio da Caisole per denari avuti da Francesco fabbro . . . » 189
Di Pietro Pertusano per denari avuti da Pietro Marino . . . . » 228
Di Anzech Ainer da Lubiana per denari avuti da Ser Castelino » 235

Di Anastasia ved. Calleli per denari avuti dal giudice Vito Barolich pag. 241
Si dichiara che l'ufficiale del conte di Segna ricevette da due ebrei il prezzo del loro riscatto dal carcere di Novigrad . . . . » 241
Di Margherita ved. di Tomaso per denari avuti da Martino Radauich . . . . . » 277
Di Paolo Lustalar per il pagamento d'un debito del giudice Matteo di Donato . . . . . » 278
Di Nicolò Rheinthaler e Martino Zanini per il pagamento di un affitto di Castelino da Pesaro . . . . . » 305
Dei soci Nicolò Micolich e Adamo da Fermo per denari pagati da Michele Prasnovrechia . . . . . » 320
Di mastro Giorgio da Zara per denari ricevuti da Nicolò Micolich » 343
Di Ser Giorgio qm Florio Morganich da Zara per un credito riscosso » 345
Di Bonaggiunta Buonarelli per un pagamento di Nicolò Micolich » 409

16 DONAZIONI E CESSIONI.

Donazione del giudice Stefano Rusevich a favore di Elisabetta moglie di Antonio Barlech . . . . . pag. 12
Cessione di due case e un orto della defunta Elena sorella di prete Lorenzo a prete Giorgio Susich vita durante . . . . . » 32
Tomaso fa donazione della metà d'una sua vigna ai figli nasciturі dal suo matrimonio con Margherita . . . . . » 99
Margherita moglie di Anzelino Bonfioli da Firenze dona una casa a Segna ai coniugi Ratco e Cernava vita durante . . . . » 180
Ser Giovanni qm Gregorio dona una casa a Segna a Taddeo figlio di Elisabetta . . . . . » 376
Giorgio Rusevich dona cento lire a sua moglie Nicolina . . . . » 412

17. SEQUESTRI.

Antonio qm Giorgio da Segna sequestra e interdice i beni di Matteo Laus . . . . . pag. 138
A richiesta del prete Gaspare contro Mochorio Sevalich per affitti arretrati e contro il cappellaio Giacomo, ambi debitori di prete Giorgio . . . . . » 210
A richiesta di Matteo di Donato contro Bartolo de la Zichina . » 288
D'una caracchia di Giorgio Cancelarich a richiesta di Piermatteo da Fermo . . . . . » 347
Valentino Iurlinouich sequestra un terreno di Giovanni Cavertich » 369
Mauro Vidonich chiede il sequestro dei beni di Matteo qm Donato » 374
Martino Raunacher chiede il sequestro dei beni di Ser Castelino da Pesaro . . . . . » 379
Il giudice Stefano Blasinich fa registrare il sequestro d'un prato di Simone Pilar . . . . . » 379
Antonio e Giovanni da Bochina chiedono il sequestro di metà dei beni del qm Ser Donato Calleli loro suocero . . . . . » 386

18. MALLEVERIE.

Di Adamo da Fermo a favore di Martino Morganich da Zara debitore di Matteo fabbro . . . . . pag. 169
Del giudice Paolo a favore di Ser Tonsa debitore del giudice Nicolò » 169
Valentino Iurlinovich e Quirino Spinçich s'obbligano di serbare indenne Nicolò Micolich loro fideiussore . . . . . » 350
Simone tintore designa un pegno a Paolo Vidotich essendo garante d'un debitore di lui . . . . . » 352
Simone Pilar designa un pegno a due suoi fideiussori . . . . . » 410
Teodoro qm Domenico promette di mantenere indenne il suo fideiussore prete Antonio Visignich . . . . . » 414

19. DEPOSITI.

Pietro di Marco e Lorenzo del fu Clemente, veneziani, depositano in garanzia alcune merci a Teodoro del fu Domenico . . . pag. 70
Maestro Giovanni Belsterfer orefice deposita 11 lire e tre soldi nella cancelleria . . . . . » 196

20. TESTAMENTI E LASCITI.

Lascito di Margherita Schypariça, che va in pellegrinaggio a Roma, a favore del convento di Sant'Agostino . . . . . pag. 132
Disposizioni di Giovanni Franco da Costanza circa l'uso di certi denari in caso di sua morte . . . . . » 209

21. VARIE.

Ser Adamo da Fermo promette di pagare una somma di denaro al marinaio Giorgio de Çoucha . . . . . pag. 17
Lettera al conte di Cherso . . . . . » 46
Dichiarazione dei giudici che Pietro Pertusano ha pagato a Giovanni carpentiere certi denari d'un lascito . . . . . » 53
Dichiarazione circa l'incanto della vigna del giudice Damiano da Zara » 119
Il giudice Giovanni Misuli restituisce al giudice Vito Zovanich un terreno . . . . . » 125
Dichiarazione del cancelliere circa la consegna di 4 sacchi di lana » 129
Vito Barolich annunzia un suo credito perchè non vada in prescrizione . . . . . » 138
Antonio qm Giorgio c. s. . . . . » 138
Vito Diraçich s'obbliga di non impegnare i suoi beni che ai soli suoi figli . . . . . » 141
Promessa di pagamento del giudice Mauro Vidonich al giudice Nicolò Micolich . . . . . » 180
Giacomo di Cola e Antonio Bucii, ambi da Ortona, s'obbligano a pagare 400 ducati a Giovanni Reychenburger . . . . . » 185

Pietro Marino da Fermo dichiara d'aver consegnato a Pietro da Krainburg una lettera del Comune di Fiume . . . . . pag. 217
Il giudice Matteo del fu Donato promette a Antonio Albanese di mandare un procuratore a Capodistria per accordarsi circa certo debito . . . . . » 263
Ser Raffaele da Fossombrone promette di dar la preferenza a Stefano Cernolich se vorrà ricomperare la vigna vendutagli . . » 227
Copia d'una lettera al capitano di Pisino . . . . . » 285
Copia d'una lettera dell'imperatore Sigismondo ai conti di Veglia » 296
Essendo assente il capitano Raunacher Giovanni Chergnel si appella al capitano di Duino . . . . . » 309
Il giudice Vito Zovanich annulla una vecchia scrittura comprovante un debito di Ugo da Duino . . . . . » 310
Salvocondotto a Lorenzo qm Giovanni da Ancona . . . . . » 324
I fratelli Martino e Andrea qm Vasma da Grobnico acconsentono alla vendita d'un molino fatta dalla loro madre . . . . . » 337
Matteo di Donato dà una sua casa in pegno a Martino Raunacher » 354
Giorgio Gledinich dichiara d'aver dato certi denari a Giovanni detto Iagnaç e incarica il proprio padrone giudice Giorgio di ricuperarli . . . . . » 358
Termine dato da Giovanni Matteucci a Matteo qm Donato . . . » 373
Giuramento di Matteo qm Donato circa il carico d'una caracchia » 373
Giovanni Barlech dichiara d'aver comperato una casa coi soldi di suo nipote Alberto . . . . . » 376
Cristina vedova di Matteo gastaldo dichiara d'aver avuto a pigione dal giudice Vito del fu Matteo una vigna . . . . . » 379
Il giudice Damiano promette di dare al parroco di Picchetto il prezzo d'un calice dato in pegno al giudice Matteo di Buccari » 388
Antonio e Benedetto figli di Giorgio mugnaio affidano a Milasino calafato l'amministrazione d'una loro casa . . . . . » 389
Domenico da Caisole promette di pagare il chirurgo Tomaso perchè guarisca Pietro Sipaç . . . . . » 390
Damiano da Zara dichiara che la casa dove abita Antonio Terenzi, una vigna e un orto sono di proprietà di Gregorio Morganich da Zara . . . . . » 391
La moglie di Ser Castelino consente che Martino Raunacher tenga in pegno i beni da esso sequestrati e interdetti . . . . . » 396
Cristina vedova di Matteo gastaldo riconosce che un suo terreno era stato dato in pegno dal marito col suo consenso . . . . » 407
Nota dei pagamenti fatti da Matteo Svetaz ai creditori di Radoia » 411

Finito di stampare nel maggio 1913.

BINDING SECT. OCT 21 1971

DB
879
F5G48
v.1
pt.1

Gigante, Silvino
Libri del cancelliere

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

455

new

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 14 29 12 06 020 4